NOVISSIMA, VERIFICA, ET PARTICULARIS HYPOCHONDRIACÆ MELANCHOLIÆ CURATIO, ET MEDELA.

AUCTORE


Doctore THOMA A MURILLO, *Presbytero Maxim. Philippi IV. & Caroli II. Regum, Medico Regio, & Regalis Coroneliæ & Familiæ.*

AD LARES ILLUSTRISSIMI D.D. Francisci Lope de los Rios Potentissimi Caroli II. Hispaniarum, & Indiarum Regis Consiliarij, ejúsque Thesaurorum Dispensatoris Præsidis, &c.

Conv.^tus S. M.^æ Magdalenæ Urbis

LUGDUNI,
Sumptibus CLAUDIJ BOURGEAT, sub Signo Mercurij Galli.

M. DC. LXXII.



DEDICATORIA

ILLUSTRISSIMO D.D.

FRANCISCO LOPE DE LOS RIOS
Caroli II. Regis Hiſpaniarum, & Indiarum Conſiliario, & incorrupto Diſpenſatori Theſaurorum illius, & Præſidi ſupremo.

Doctor D. THOMAS A MURILLO, *Presbyter Medicus Regius, & Regalis Familiæ, & Coronelia S. P. F. P.*

CUM Deus optimus maximus (Illuſtriſſime Domine) eximias innumeras, ac immenſas

humano generi præstiterit dotes: nullam tamen, vel magis utilem, vel magis jucundam quàm sanitatem præstiterit, qua nihil dulcius est, & magis optatum, nam cùm omnium rerum satietas hominibus contingat, integræ sanitatis nunquam fuit expletio, *neque ullum felicem judicavit* Aristot. *qui eadem sanitate non frueretur.* Opes nimirùm despiciuntur, thesauri, prædia, oppida, urbes, nisi præsens sanitas id efficiat, ut his homo frui possit: illa enim absente omnia obscura, timorosa, mœstitiosa, melancholica, hypochondriaca, afflicta, frigida, atque injucunda sunt, ut denique neque ipsa vita absque sanitate placere possit quam, & dij expetunt, & de qua Ariphr.

Aristoteles.

Ariphr.

Sioyonicus in quodam Hymno in hunc modum cecinit:

O qua nec altera vetustior est cælitum,
O una cunctis expetita sanitas,
Quodcumque reliquum est vitæ, tecum utinam
Agam, & una omnium contubernalis sis mihi.
Quicumque enim fortunis fruitur, aut liberis
Aut est aliter obnoxius voluptæ.
Te una favente cuncta habet propitia,
Afflant, & illum charites, & si media hyems:
Rigeat, tamen ver illi flosculos parit,
Absente te sunt cuncta, dura, & aspera,
Nec grata prorsus cætera est felicitas,
Quin esse planè desinit felicitas.

Legitur insuper apud Lucianum, Pirrhum Epirotarum Regem, cum diis innumera spolia dicasset, innumeras aras erigi, & innumeras victimas ante aras

mactari jussisset, nunquam ab illis aliud expostulasse; quàm sanitatem: ratus vir ille præstantissimus, ac prudentissimus omnia facilè ad futura, nihílque penitùs illi deesse posse, qui integra sanitate fruatur: nam sanus homo omnia quæ cupit assequitur, modò ut illa assequatur impensè studeat. Si verò quispiam sanitate destitutus sit laboribus haud parcit, vigiliis, inediis, & squallidæ siti, amara bibit pharmaca, fœtida quæ transglutit catapotia, se incidi spontè sinit, ac inuri, dummodò amissam sanitatem recuperet: quam, & his omnibus adamussim perfectis plerumque non restaurat. Ad hanc verò assequendam aurum, argentum, & cætera bona profundit: maxi-

mámque arbitrantur virtutem mortales, sanitatem nunquam amissam, aut denuò recuperatam tueri: ob hoc summum bonum, hanc facultatem nemo plenius, nemo elucubratius, nemo denique emunitius in lucem, ac publicum usum promulgavit, in suis de arte medica libris Galeno, è quibus collegi hanc hypochondriacę melancholiæ curationem. Verùm tamen priùs quàm per hominum ora illam vagari voluerim quid acturus essem consului, at statim multi studiosi publicam utilitatem privatæ esse anteferendam, & calumnias spernere, & corrodentium malitiam ipsam suam, qua studia mea acriter imminuere contenderunt ex illis mihi vindictam allatu-

S. Augustinus. ram: ut docet Divus Augustin. *libr.2. de soliloquiis*, ubi inquit, *malitia tua procedit ex te; & quem priùs vastat? nisi te? quo profundit ramum lædit, ubi radicem habet, non lædit? equidem dico, quòd malitia tua, ut alteri noceat, fieri potest, ut tibi non noceat fieri non potest*, unde Pie- *Pierius.* rius:

Improbitas solet esse sibi justißima merces,
Autor es interitus sic, Basilisce, tui.

Tum etiam quia magni animi proprium est. Garrulo non *Seneca.* respondere, ut inquit Seneca *in epist: & in lib. de Clementia in florib.* quia talia sunt hominum ingenia, ut ne clarissima adhuc opera amicissimis viris indignissima videri soleant, sic enim

legimus Julij phrases pluribus displicuisse, ut Bruto, Clavio, Pomponio, & Attico. Sic etiam fortem appellavit S. Bernardus eum, qui exuperat duras patientia linguas, & meritò fortis, & magnanimi nomen mihi imponi potest, quia patientissimè eas toleravi, sedens, ut inquit Psalm. 49. *Adversùs fratrem tuum loquebaris, & adversùs filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti, & tacui.* Quia sic deliberato animo, & studio, in ingeniolum, & studia mea sæpissimè affecerunt, quæ omnia æquo quidem animo, tuli; tum quia parem gratiam referre meum non est, D. Isidori consilium sequens *lib. 2. de soliloquiis*, *injuriis*, inquit, *ne respondeas, convitium ne retorqueas, cum st-*

Psal. 49

S. Isidor.

lentij patientia tacendo citò vinces, maledicenti benedictionem appone blandimento iracundiam furentis dissolve, vince malitiam bonitate.

Quæ matura, sancta, & cogitata consilia, adeò efficacia fuerunt, ut dispensata à Deo, ideò vertitur in justum, & honestum, & elevatum in cœlum, sicut pecunia spiritualis, & corporea à Dispensatore optimo maximo; quare librum istum illicò in publicum exire permiserim, cùm tamen haud essem ignarus quantum hoc scribendi munus, *secum afferat difficilis, arduæ, & fastidiosæ difficultatis*; ut inquit Plinius, & majora ingenia variis maledicentium calumniis, contumeliis, & falsis criminationibus sunt exposita,

Plinius.

& nullum sine venia placuit ingenium, Seneca, & Phaborino Philosophis testibus epist.7. de quatuor virtutibus. Stobeo epistol.14. quia inglorius labor videtur liber Hypochondriacus parare, licèt in illo sint pauca præcepta, quia ut egregiè Demenius cecinit, *plus prodest si pauca præcepta sapientiæ teneas, eaque ad manum, quàm si multa didiceris, sed illa non habeas in promptu, luctatoris enim non refert quàm multa sciat, si scit quantum victoriæ satis est*, dixit Seneca, *lib.7.de beneficiis*; in quo opere non me cuiquam mancipavi, nullius nomen fero, multùm magnorum virorum vivorum, & mortuorum judicio credo, aliquid, & meo judicio, illi enim non Domini nostri sunt, sed Seneca.

Duces, qui non inventa, ſed quærenda reliquerunt; difficile inquam eſt omnibus complacere, ſed cognoſcant lectores, quòd nullum eſſe librum tam malum, ex Pliniana ſententia, quod aliqua ex parte prodeſſe non valeat.

Verendum erat mihi,ut hoſpes, & Peregrinus ſi in quempiam nebulonem inciderem contumelia aliqua afficiendum eſſe,ut Galen.inquit lib.de præcognit. ad Poſthumam : *Medici mali bonos,doctóſque calumniantur, ac perſequuntur,&c.* & laborioſos partus exarandos in publicam ſtudioſorum utilitatem, & commoditatem curarem, ut non futuram mihi ampliùs rem cum Typographis,ſed mihi accedit quod univerſis parturien-

tibus

tibus ſolet, ut dum in labore verſantur ſe jurant, amplius non parituros: poſteà verò extra diſcrimen poſiti, rurſus, & concipiunt, & pariunt. Sed Provinciam iſtam, ingenuè fateor ſuſcepiſſe, ut ſaluberrimis, & chriſtianiſſimis illuſtrium virorum conſiliis ſatisfactum irem, ut hoc opus in lucem prodeam, quia de nulla re ſum æquè ſolicitus, niſi de ſalute,& proſperitate publica, & noſtræ nationis augmento, & ſemper aliquid de illa meditor; & de illo quod in communem omnium uſum, & ſalutem redundet, quamvis nauſeam, ſtomachúmque moveant, & faſtidient, emulatoribus peſſimis contemptis: ſed dimiſſis his, jam de virtutibus tuis, & exal-

tantis progenitoribus,& patria, aliqua jam extant notatu deſcripta.

De patria tua Corduba ſunt celeberrima, apud omnes nationes ſtemmata, quia in omnibus aligeræ ætatis curſibus præclariſſimos eam viros incoluiſſe patet, te tot Heroum numerum ingenio, nobilitate, & moribus locupletante,& in eam non ſolùm ad ſimilia munera perfuſam cœli gratiam redundaſſe; verùm etiam virtutibus innumeris ſanctorum, & fidelium diſpenſatorum myſteriorum Dei floruiſſe, qui illic ab utero materno primitus fuſi felix martirij ſertum reportarunt; laurus etiam eſt æterniſſima progenuiſſe filios litteris, adminiſtrationibus, indole, &

genere, re militari, & omnium ſcientiarum via tam præclaros. Divus Laurentius Magnus appellatur, Magnus Oſſius., eminens Philoſophus Seneca Magnus, Magnus Ariſtoteles Interpres totius Hiſpaniæ, & Cordubæ honor, Commentator Averroës, qui poſt Ariſtotelem neque excellentiorem Philoſophum ſimul, & Medicum videre homines, ut ex operibus ſuis, & ex Avicenna, & Galeno, & Hippocrate conſtat libris. Magnus etiam Avicenna Cordubæ Princeps, magnus ille excellens Moyſis Rabinus Cordubenſis, quia Perſarum Rege fuit evocatus: maximus fuit magnanimus Dux Gonçalo Fernandez à Corduba (te etiam Nobiliſſime Do-

mine) magnum multis de causis cognominabo, quod à tam radiante stirpe ex antiquis, & recentioribus ascendentiam, majorúmque originem, & lineam longissimam à pervetustis sæculis, usque ad nostram ætatem fueris exortus, & à serie avorum duxere, in quo omnes Scriptores univoce conveniunt.

Sed quid moror in tuis exaltandis progenitoribus, quando moribus, & vita nobilitaris, & exaltaris, ob prudentiam, & æquitatem, quam ut fidelis Minister, & Dispensator in distribuendis Catholici Caroli II. Regis nostri Thesauris observas; & quia prudentia cum tuis eximiis operibus militat aliquid tibi divini Ministri, &

Mysteriorum Dei Dispensatoris inesse existimo, & sacri Numinis impertitorem dicere valebo, ut ex Juven. sat. 12. *Juvenalis.*

Nullum Numen abest, si sit prudentia tecum.

Aptioribus etiam titulis Divus Ambrosius, *lib.* 2. *de beneficiis, & cap.* 14. declaravit, *omnia operatur*, inquit, *prudentia, cum omnibus bonis consortium habet*; & post tantam nobilitatem per Bandaliam Provinciam, Hispaniam, & Cordubam Patriam tuam divulgatam, cujusdam benignissimæ modestiæ candoribus illuminas, & si quidem Corduba talem Alumnum promeruit tria mihi de tua patria memoranda existimo, quæ simili occasione præclarissimus *S. Ambrosius.*

Arifthi. Orator Arifthides prædicavit quadam in oratione, quam Panatheniacam nominavit Athenas virorum memorabilium genitricem, aliorúmque notabilium extollens;difficillimum argumentum eſſe inquit quippè tot Oratorum laudatoria præconia Urbi laudandæ,haud ſuffecerint. Idem mihi accidit in tua inſigniſſima Genealogia, & Patria, quoniam in illius, & filiorum ſuorum laudes perplurimi eruperunt diverſis linguis, & temporibus;omnes verò ceſſerint, præcipuè ſi in extenſum progenies, & origo patriæ, & filiorum quos præterita ſæcula ſuſceperunt, & eorum quibus variæ adminiſtrationis variis Regnis incumbunt ſit referenda.

Iterùm dixit Aristhides nobilitatem, & mirabilia Athenienſia tam coacervata eſſe, quod eorum aliquid referens poterat intellectus in cæterorum cognitionem procedere, tanquam qui mare à littore conſpicit illius immenſitatem incomprehenſibilem reperit. Demùm dixit Ariſthides omnes excellentias quæ reliquis Græcis Urbibus diviſæ videbantur in ſapientibus Athenis ſuperioribus titulis congregari; id patriæ tuæ, & filiis ſimiliter evenit,& quod in alia occaſione ſuper Hiſpanica laude duxit dicere non omittam abundare viris illuſtribus, auro, & aliis pretioſiſſimis metallis,& equos vento eſſe ſimiles celeritate, viris,inquit equis, plumbo,ære,

ferro, argento, auróque etiam abundans, quæ omnia in Cordubensi Civitate thesaurizantur, quam tanquam omnium orbis magnalium retentricem cœlestem Providentiam procreasse videtur, nec immeritò

Mella. Mella in primis Hispaniæ laudibus proposuit *esse Patriam inclusoriam virorum, id est, hominum armis, & litteris pollentium*,

Claudius. & Claudius cecinit hæc:

Quid dignum memorare tuis Hispania terris
Vox humana valet? primo lavat æquore solem,
India tu fessos exacta luce jugales
Proluis, inque tuo respirant sydera fluctu,
Dives equis, frugum facilis, preciosa metallis,

Principibus fœcunda piis : tibi
ſæcula debent
Traianum : ſeries his fontibus
Aelia fluxit,
Hinc ſenior Pater; hinc juvenum
diademata fratrum:
Namque aliæ gentes, quas fœdere
Roma recepit,
Aut armis dimicet, varios aptan-
tur in uſus
Imperij : Phariæ, ſegetes, & punica
meſſis
Caſtrorum devota cibo, dat Gallia
robur
Militis Illiricis ſudant equitati-
bus alæ,
Sola novum latiis vectigal Hi-
beria rebus
Contulit Auguſtos, fruges, æraria,
miles,
Undique conveniunt, totóque ex
orbe leguntur.

Hæc generat, qui cuncta regant.

Ejus modi dixit Aristhides sublimiorem esse plausum Athenas virorum illustrium appellasse genitricem, quæ quia Cordubæ congruunt, utpotè quæ tam nobilis filiorum generatione per omnia sæcula permanserit, nec prętervolat etiam hominum memoriam quam suæ venæ auriparæ sint fœcundæ in spatiosis suis montibus, nam veri, & varij fulgores metallorum à lapidibus, & saxis vibrantur quibus apparet amœnissima, & abundat arboribus insignis magnitudinis hodiè, ita ut in Cœnobio Sancti Francisci del Monte sunt cupressi adeò magnæ, quod in ramis unius, & foliis possunt reperiri

abſconditi pluſquam viginti homines ſimul, ut contigit quando invictiſſimus Rex Philippus IV. fuit Cordubæ anno 1626. quod in dicto Cœnobio tota Muſica Sanctæ Eccleſiæ Cordubenſis, & Cantores abſconditi in una tantùm cupreſſo Hymnis, & Cantionibus canebant Regi.

Olim etiam nulla fuit arbor inter antiquos nobilior Platano, fuiſſe autem antiquis temporibus,& manifeſtum eſt quod Cæſar in memoriam nominis ſui arborem propria manu Cordubæ conſevit, qua de re eſt Epigram. Martialis. *Martialis.*

In tarteſſiacis domus eſt notiſſima terris
Qua dives placidum Corduba Bætin amat, &c.

De iſta arbore Platano Plinius, *lib.* 12. *cap.* 1. inquit truncum adeò magnum habere, & ramos ſpatioſos, quod Licinius Dux Romanorum cum decem, & octo ſociis in interiora intra unam Platanum manducavit, ſine ſtrictura, imò potiùs abſque illa. Et quod Imperator Caïus Caligula ſedit ſecum undecim Staſilitis, & amicis ſuper Ramos Platani, in ſublimi loco, & ibi opulentiſſimam cœnam illis miniſtravit. Et hæc omnia quæ dicta ſunt, & veritates per experientiam patent, ut Silius Italicus probat *libro* 3. qui tuam patriam Cordubam laudans, inquit, *Decus auriferæ terræ*, *videlicet Hiſpaniæ*; & ſi Deus, & ornamentum

Silius Italicus.

cujuſvis

cujusvis ædificij est illa perfecta pars qua condecoratur, tua patria clarissima cujus lucibus simul ipse coronaris totã Hispaniam condecorat, quare tuæ illustrissimæ propagini, & patriæ valetudinem, & prosperam fortunã sæcularibus, & cœlestibus commodis cumulatam exoro, & tibi hanc hypochondriacæ melancholiæ affectionem, ejus curationem, & medelam tibi nuncupo, ac devoveo, ut tuo patrocinio freta, & à tam magno & perillustri Mæcenate custodita per detrahentium ora absque ullo timore & mœstitia vagari possit. Vale Nobilissime Heroe, & Numen Divinum in omni periculo, ac discrimine tibi in perpetuum assistat. Vale.

Doctor D. THOMAS DE MURILLO.

In Autoris laudem Licentiati Vega.

THOMAS MURILLO

Tristitiæ fugient humana ex mente Cometa,
Hoc premet infaustum nobile sidus opus.
Offeret insano medicamina nempè furori
Mirificus liber, pharmaca mille notans.
A rabido, sospes morbo, contagia mesta
Separet à membris, ut genus omne virum
Ardeat in ludos Hilares nimis ægra juventus,
Marmoreo nembo libera cimba canit,
Utilibus celsam famam consurgere libris,
Radere cœlestes creditur atque globos.
I, pete, conspicias, nulli reserabile culmen,
Luminibus radias nam simul ipse piis,
Luceat illustris memorem tua fama per orbem,
Occeano donec, non fluat unda mari.

In eundem. Amicus.

Cinxerat obscuris terras nox humida pennis,
Absenti Phœbo nubila nigra polum,
Lux exorta fuit, croceo pulcherrima curru,
Et nebulas radiis dempsit Apollo suis
Invidiæ nubes claro se opponere soli
Murillo tentant, sed citus ille fugat.

In eundem Licentiati Vega.

Spargere dimidio poterit Sol fulgura mundo,
Sideribus donec fulgeat acta dies.
Penniger ipse volas, urbs nec tibi conditur ulla,
Non sit ubi ingenij candida flamma tui.
Provocet ad nitidam Phœbam tua fama palæstram,
Ille cadet victus, tu verò victor eris.

In eundem Licentiati Vega.

Dulcis rumpe moras calca maris aspera liber,
Aperiétque Thetis jam tibi Diva vias.

Canentem fluctu victrix tua cimba Caribdim,
Non metuit tantum dum gerat illa jubar.
Advena, & externus, civis, peregrinus, & hospes
Invenies quavis in regione locum.
Corrige, pande, mone, Medicos doctissima doctos,
Te sine, & innumeras voluere sæpe manus.
Perpetui debes Amaranthi injungere flores
Structura tali, namque perennis erit.
Auro adamas tegitur, superat licet ille nitore,
Atque gerit rutilus, quisque lapillus ebur.
Sic tibi membrana tegumen non convenit, auro
Qualibet est potius pagina digna lini.

AD
CANDIDUM.

LECTOR amice & benevole, unaquæque ars, & ſcientia infinita eſt, cùm ab infinito nempè Deo originem habeat, ideóque in dies Dei benignitate creſcit, ſeu patefit eius notitia, ſed adeò inertes,& ſomniculoſi ſumus hiſce temporibus ignaviâ hominum, ut contigit tempore Hippocratis circa annum mundi 3557. quando etiam ſepulta fuit medicina, & non adeò clarior ut hiſce temporibus viget, & plus magis

quàm in illis ; etsi Apollinem Æsculapium, Machaonem Hippocratem, & Galenum medicæ facultatis deos cantavit antiquitas ; si jam iterùm hi reviviscerent hisce sæculis florebunt alij Medici (si laboris essent amantiores) omnibus illis medicinæ parentibus & Principibus præstantiores. Sed ô sæcula, ô mores neque enim ab exclamatione continere me possum cum insanis insanire cogimur quando in re tam seria non solùm qua de hominum & Reipublicæ, & Regnorum salute, & vita spirituali, & corporali, & defensione, amore, incolumitate & honore Regis nostri agitur propter immodicam insatiabilitatem, libidinem, abusum, & vitia nostra & propter

noſtræ Nationis deſidiam, negotiorum multitudinem, averſionem laboris, privationem præmiorum, & Ardelionum congeriem, ita Medicos, & homines reddit ignavos, & ad laborem deſides lucri, impiarum, pernicioſarum, malignarum, inſaniarum, & læthifero veneno diffuſarum doctrinarum, & falſarum opinionum cupidos, & amantes otij, ne dicam ignaviæ, quando otioſus Medicus eſt ſaxum, malè occupatus bellua, benè occupatus verè homo, & nihil agendo malè agere diſcunt, ita ut potiùs medicinæ præcipitium, quàm fruges ſperemus quando multi viri illuſtres quibus Deus conceſſit ſua dona, beneficia, gratias, particulares favores, &

ingenia noluerunt magis sua opera & scripta typis mandare, & voluerunt deficere communi utilitati quàm subjicere se, & sua opera sarcinæ stultorum quorum infinitus est numerus Ecclesiast. *prou.*12. qui quotidiè occupantur in reprehendendis doctis Scriptoribus viperinis suis linguis, quando motivum suum, & finem laudabilem quem habuerunt ad sua opera communicanda minimè reprehendere debebant, sed potiùs imitari, quia homines nihil ad Deum accedunt propiùs quàm hominibus salutem procurando,& tuendo,& sua arcana illis revelando,cùm scire suum nihil sit, nisi se scire sciant alteri, & sapientia docendo, & charitas dando major fit; & quod priùs

accidit his vitilitigatoribus, quod quando non intelligunt, materiam, ſcientiámque quam judicant, mordaces, & audaces ſunt, & malunt errare quàm diſcere invidentes, & calumniantes alios fortunæ ſuæ indignos ſe prædicantes; & cùm ratio naturalis non adjuvet, illos temeritas adjuvat.

Medicorum, & hominum ſcriptorum differentiæ ſunt tres, una illorum qui ſcribere nolunt quia imperiti, & neſciunt ſcribere, & hi merentur miſericordiam; quia tacuerunt, & laudem quia ſe cognoverunt. Altera differentia hominum, qui nolunt communicare aliis Medicis, quod largâ experientiâ ſciunt, & iſtis debetur lamentatio. Ultimi non ſcribunt

propter malignarum linguarum metum,& iſtis debetur reprehenſio,quia ſi opera illorum hominibus doctis, & cordatis accedunt nemini queunt malè dicere, ſi incidant in imperitorum Medicorum manus quomodo poſſunt de illis dicere, quando cognoſcunt, quòd ſi loquantur de malis loquuntur de ſe ipſis,etſi de bonis nihil intereſt, quia omnes ſciunt illud non intelligere inſipientes propter quod bonis Scriptoribus dedecet puſillanimitatem fugere quæ cauſa principalis eſt melancholiæ hypochondriacæ de qua agimus, *& eſſe bono animo quia Deus optimus maximus dedit illos in civitatem munitam, in murum æreum,& in columnam ferream ſuper omnem terram*

Principibus & Sacerdotibus, & bellabunt adversùm illos, & captabunt in animam justi, & sanguinem innocentem condemnabunt impij. ut Psalm. 93. quare oportet, *ut simus prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ*, ut dicit Dominus, *quia misit nos Deus sicut oves in medio luporum*, & veritatem magis quàm victoriam quæramus, quia *in re medica*, ut inquit Galen. libr. de art. cap. 2. *Turpe est ostentare, & nihil efficere.* Imitemur lunam, belluas & grandia animalia, quę ob latratum caniculos cum contemptu prætereunt, & quando indigna nobis audimus, aut patimur, ne nobis indigna dicamus aut faciamus. *Psalm.* *Galenus*

Alij Medici solo victu contenti incedunt, multi enim sunt

Medici verbis, ſermone, famâve; opere autem, & revera perpauci; alteri plaudente fortunâ, alius Principis aula, ut inquit Galenus *lib.9. meth.cap.4.* agens de ſuo infatigabili ſtudio; *ac per totam vitam operibus magis, quàm verbis utrique ſtudio incumbimus, quominùs mirum eſt, in quo tempore Medici totam urbem ſalutando luſtrant, & cum divitibus cœnant*, & ludunt eóque jure fit ut cùm ægrotare illi cœperint Medicos advocant, non quidem optimos, utpotè quos per ſanitatem noſcere nunquam ſtuduerunt, ſed eos qui maximè iis adulantur, qui & frigida pharmaca vina generoſa, chocolate, & multas potiones, & aquas mixtas, & in gelu converſas, & alia hujus generis

Galenus

generis dabunt si hæc poscerent, & lavabunt, cùm jusserint, & multa noxia porrigunt, & postremò quidquid jubetur mancipiorum ritu faciunt plurimi etiam elati; & depressus ille, & nullus indefesso labore doctrinam veram sequitur, suum cujusque genium, & non altiùs: quisquis enim sibi maximè placet, ita ut eò ventum sit miseriæ, ut dicat Erasmus ex Laërtio, *cui non fidendum soli, ei nihilo magis fidendum in turba similium, nec enim refert quàm multi sint, sed quàm graves, & veri, nummus enim adulterinus etiam in quantumvis magno acervo, adulterinus est*: quod ideò ferè contingit; quia sicut oves eandem sequantur semitam, non laboriosum, *Erasm.*

ó

ſed elaboratum ſeligentes, & qui alios ſequuntur malè iter ingreſſus, non habent excuſationem, ſi à publica erraverint via.

Si quis enim ſcribit & aliam ſectatur viam, calumnia non ſolùm carpitur, ſed conteritur, & deteſtatur, cùm infœcundi, & ſteriles ſint, & ordinare meliorem non ſciant, & contradicentes opera, ſed illorum contradictio confirmatio laborum eſt incurrentes paſſim

Heſiod. in Heſiodi Poëtæ opinionem, qui dicebat apud Plat. dialog. lyſis. *Simile ſimili adverſum eſſe, & bonos bonis inimiciſſimos, ut figulum invidere figulo, cantorem quoque cantori, medicum medico,* de quibus narrat conciliator (inter illos regnare ſcorpio-

nem) asserebátque similia inter se æmulatione, contentioneve abundare.

Sed est æquè naturalis hominibus, & brutis tutela, in illam invitus feror: quoniam Horatius lib.1. epist.1. *Horat.*

Spectatum satis, & donatum jam rude quæris
Mæcenas iterùm, antiquo me includere ludo, &c.

Hoc igitur opus aggredi non sum veritus, minimè quidem, quòd nobis plus cæteris sapientiæ insit, sed quia interdum accidere arbitramur, ut tenue ingenium quale meum est, accommodatiùs tenuia expandant, quàm acre, & fœcundum; quia infirma mundi elegit Deus, ut Paulus 1. ad Corinth. *S. Paulus.*
& sic non in majoribus detine-

mus pro nunc, ſed ad minima, quæque non perinde accommodemus laborem gratis damus,& utinam hęc laboris portio tantum utilitatis adferat, quantum mihi parùm attulit voluptatis, hoc unum habet præclarum ut ſi quis antevertat noſtráque caſtiget, huic multam gratiam habituri ſumus; tantùm aberit, ut nobis injuriam eſſe factam putemus. Et utinam tali felicitate ſint exarata,ut ne quid momis corrodentibus,& æmulatoribus reliqui fiat, quod queant carpere, quod nobis polliceri non licet, licet benè hoc aliud ingenuè dicere, quod ignoramus. Etſi quod alienum inveniatur,nemo dicat quod veteribus ollis novas affiximus anſas, faſciculus

enim non ex flore, sed ex floribus conflatur, quæ didicimus ingenuè fatemur, non negabimus illud: *nolle enim legere eos, qui nobiscum tractant argumentum commune, turpis est arrogantiæ; dissimulare cùm legeris turpioris est ambitionis, inficiari beneficium, turpissimæ est ingratitudinis*, sicut dixit Erasmus in procemio ad Hyliades, è rebus arduis elegimus selectas, utpotè quas ob rei difficultatem, nec recentiorum importunus labor assequitur, nec veterum diligentia satis fuit, ac propterea illorum calculis nostrum adjecimus, ut liberalis cursor accensa lampade felicior auspiciis metam attingat. *Erasm.*

E pluribus Autoribus plurima, à veteribus selecta, & à recen-

que calumnia cariturum existimabam: & utinam ita floridum sit hoc litterarum genus, ut labor iste noster tanquam supervacaneus meritò contemnatur; nam cum amicis, & cognatis

Plato. careat, ut ait Plato dialog. 5. de lege, *majorem apud deos, & apud homines meretur misericordiam, quare, qui magis ulcisci potest ad ferendum auxilium est paratior: diligenti igitur cautione cogitandum, cuique; ut innocentes ab injuria semper vivant, ad peregrinos enim sanctissima esse fœdera quisque cogitet; omnia enim contra illos peccata ultori Deo curæ sunt, quia manibus, & mundo corde non accipiunt in vano animam suam, nec jurabunt in dolo proximo suo.*

Psalm. Psal. 23. *Quare nullus in supplices sceleratus impunis abibit, quanto*

autem honore dignus sit, qui supplices tuetur, sic prosequitur. Plato *honorandus certè est, qui nulli injuriatur, ac duplici honore, qui nec alios id facere patitur; qui autem una cum magistratibus injuriam quoad fieri potest ulciscitur is magnus, perfectúsque in civitate vir præconio prædicetur; ad hoc enim omnis tenetur;* sed multò magis sapiens: hoc Plato lege sanxit. hoc vero ut quid profecerim, viderent incorruptioris censuræ ingenia ignara quàm magno periculo in hac arena ludatur, nam licèt abundet momis, scateátque fucis nostra ætas, & non desint qui

Ingeminent tremulos naso crispante cachinnos.

Ut canit ille Vates, inter nobiles cogitent vitiligatores fa-

Plato.

Plato.

cillimum esse dentibus carpere, sed mellificare, & laborare non ita, sed ambulare in tenebris, & odisse lucem quod verum est adagium;& sic plerique non verò ob solam ignorantiam peccant,sed quia sanctissimam artem non legitimè tractant, unde divino destituti Numine maxima peccata perpetrant; iners enim, & vile videtur, quod quædam factitant animalia ne possint ea inveniri; quæ vestigia circa cubile confundunt, alioquin non deerunt, qui persequantur, *nam multi aperta transeunt*, ut lamentatur
Seneca. Seneca epist. 68. *& abstrusa rimantur, fures signata sollicitant*; vile videtur quidquid patet, & aperta effiactarius præterit; in cujus Commentario notat

Lipsius:hos mores habet populus, & imperitissimus quisque; hoc tamen nobis erit solatium, *quod alta petit livor, perflant altissima venti*, ut canit Poëta; *nec est ulla sine labore virtus*, ut ait Seneca *lib. de vita beata*, hac tamen vilis sectatur hostis, *nam alit livorem infelix inertia*, *sed invido, & corrodenti satis supplicij est invidia*, de qua locutus fuit Divus Basilius, *ut ærugo ferrum, sic invidia quem infecit animum consumit*; *& est animi tinea, hæc seu vipera mordet, Autorisque sui viscera prima ferit*. Vetus est illud Pythagoræ symbolum *cor ne vores*, nam ut Jamblicus ait, *invidus adhuc cordi suo non parcit*, hunc Martialis summæ damnavit miseriæ,

Poëta. S Basil. Pythagoras.

Omnibus invideas Livide, nemo tibi.

Negligentia enim, & intermiſſio ſtudiorum nulla ſit, quia eſt noverca ſapientiæ, aſſiduitas enim, & diligentia mater, & magiſtra, *teſtudinis moroſitas Aquilæ vicit aquilitatem, fortaſſe parvi facta*, & ut dixit Laërtius, deprehenſus eſt olim ab impotenti celer; omnia enim ſapientem priùs, quàm arma, decet experiri, dixit Terentius, & ſenis exemplo docet fabulà: nec quiſquam tuto deſpicitur: quoniam nec altivolans aquila formicas deſpicit, nec animalium Rex leo, nec avium Regina à Gallo, & viliſſimo ſcarabeo ſunt ſecuri, nec ſuos tuta fovet pullos, & pulex humiliavit ſuperbiam Gigantis, & Goliades ſuperbos Rex Propheta, qui comparatur tenerrimo

Laërtius

Terent.

timo ligni vermiculo 2.lib.Regum. cap. 23. *David ſedens in cathedra ſapientiſſimus Princeps inter tres, ipſe eſt tenerrimus ligni vermiculus, &c.* 2. Reg.

Tarda cœpit teſtudo Regem alitum, tutior eſt ſecura humilitas, quàm alta vanitas. Abies deſpexit dumos, ac ideò diis, & hominibus eſt inviſa, præferens ſe formicæ muſca: illam abjicere verbis, & ſe extollere inflata cœpit: audi, inquit, quanta ſit humilitas tua, magno cum labore tenuem victum quærens: at me alæ in ſublime ferunt, & accipiunt menſæ Regiæ auro, & argento, ego eadem bibo, delicatiſſimis cibis veſcor, purpuræ incubo, faſtidioſæ & inflatæ opinioni felicitatis, reſpondet formica,

etiam hoc adde improbitatem tuam invisam, & odiosam esse omnibus, & modica anni parte durare, hanc beatam vitam tuam, dum Sol fervet, Hyeme, & frigoribus statim accidere, inflato asino ferente Isidem, dixit Agaso, non tibi, sed Deo: non est novum fortem ab impotenti vinci, à bonis enim animo, & virtute violentia vendicatur natura: Harpias Fineum infestantes, pueri dejecerunt, & festivè, sanè Sybatarum equites Tybicen vicit (non ego terræ filius, nec gigantis *Ovidius* fraterculus) & ut Ovidius,

Pulvere qui lædit scribit, sed marmore læsus.

Sabini potentia inflati, pauperibus adhuc Romanis, ob

fœminarum furtum dixere diem, & inierunt bella, vicere victi, inierunt pacem, hac sola conditione, ut Sabini in flãmulis has deportarent litteras. S.P.Q.R. SABINIS POPULIS QUIS RESISTET. Ac ipsis posteà Romani utebantur, SENATUS, POPULÚSQUE ROMANUS: ut lib. 1. Tusculan. & virtus superavit superbiam.

Lentè festinat supplicium, haud transit impunè malus.

Sese inopinato profert Næmesis Dea, malè actorum, & improbè dictorum vindex.

Continet, & cubitum, duráque fræna manu.

Nec dubito quin Tyrannus quidam obtinebit justitiam,

quæ omnes hominum calumnias ſuperabit, nec enim aliena injuſtè poſſeſſa in pace poſſidentur, quinimò, & ipſa à livoris tyrannide ab ipſa juſtitia vindicantur. De hoc, mirabile, ſi non magis horrendum emblema refert Blondus, de Roma triumphante, & in Marci Aurelij vita enarratur.

Blondus

Cùm Pyratæ quidam navi Palermum appuliſſent, ut ſpolia ab inimicis capta, inter ſe ſortirentur, ad maris margines, antiqua hujus civitatis conſuetudo, ac præda diviſa, qua unuſquiſque potiretur, in antiquam Solini aulam ſe recipiunt; cùm en ſubito in omnium conſpectum horribile, & crudele monſtrum ſeſe profert: Arimaſpum quinque cubito-

rum altitudine, calvo capite, undique evomens flammam;& ignem undique, quale à Virgilio depingitur. *Virgil.*

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

Quem plaustro conducebant leones, & hirsuti ursi, quos undique circundant flammæ, & cum lente circuiret insulam, & civitatis plateas in admirationem habitantium en constitit ad Aulæ fores, quæ spolia malè parta absconderant; & cùm malè parta, malè dilabantur: en subito petit saltu leonem, quorum scidit auriculas, ac ejus cruore has exaravit literas. R. A. S. P. I. P. & protinùs sylvam stridenti murmure petit, in civitatis, & in-

ſulæ conſpectum, ubi per triduum flammas, & fulmina iracundè projecit, ac aulam, & inimicos, & inſulam cum omni præda in cinerem convertit, quas litteras Pythoniſſa Apollinis Medici afflatu ſic aperuit. R *reddite*, A *aliena*. S *ſi vultis*. P *propria in pace poſſidere*: nam quod vult, habet, qui velle, quod ſatis eſt, poteſt, quia non eſt illuſtrium animorum invidia: imò illuſtris vileſcit, multoties præcellentiæ fallit imago, ut Homerus dixit,

Homer.

Non datur, ut rebus præcellat in omnibus unus.

Non enim omnia in unum bona conferri oportuit. Hoc etiam monſtrant ingenia, quæ quanto plus uno eminuerunt

opere, tantùm in aliis defecere. Virgilium illa felicitas ingenij oratione soluta relinquit, Ciceronem eloquentia sua in carminibus suis destituit, orationes Salustij in honorem historiarum leguntur, Galenum de prolixitate, Hippocratem de brevitate notant, quia nemo mortalium ab omni parte beatus, eloquentissimi viri Platonis oratio, quæ pro Socrate scripta est, nec patrono, nec reo digna est: sed quod mihi magis extitit admirandum, fuit, quod humilitas etiam petatur invidia, cui potiùs debetur miseratio, nec etiam hujus infelicitatis desunt exempla. Super omnem miseriam, infelicior ad scopulum ligata, stat Andromeda, cùm formosæ Nereidæ

citatiorem eius ſolicitabant finem, ne aliquis deorum ei fortaſſe obvians illam protinùs cæco amore deperiret, talis eſt livor, ut adhuc ſummæ infelicitati non pareat invidia, ſed adhuc iſta eſt alia infelicitas major: quoniam ſicut antiquitati, neminem invidere, fuit ſumma felicitas, ſic noſtræ ætatis ſumma infelicitas eſt à nemine invideri, ſed adhuc iſta in natura ſolatium invenit, Ovidius nam ut Ovidius,

Nec tumulum curo, ſepelit natura relictos.

Deprecor Lector, ut in hac ingenij fruge, nequaquam in te mala effluant ſenſim legito, ſedens corrigito, mutus judicato, lenis accipito, & hono-

ratus ſatisfacito : Hæc ſi feceris, tibi tantam habebo gratitudinem, quantam maximam animus meus capere poteſt, & gratus properatim gratias agam, ſurgens obediam, vociferans collaudabo, tranquillus diligam, & nobilis ſatisfaciam. Omnia igitur precor, boni conſule, & amicè interpretare, ut inde tibi jucunda reddantur, & utilia, neque verò ad oſtentationem, ſed quia egregium quam ſit honore dignum habitúmque apud omnes, & glorioſum publico commodo, & utilitati publicæ conſulere; ideò texta iſta eſſe exiſtima, eóque animo expoſita, ut ſi feliciter recepta deprehendantur, ac tuæ approbationis favore; cupio in-

quam plura sacræ artis arcana, largáque mea experientia confirmata dare. *Non temerè ac subitò bis, terve, & ampliùs expertúsque sum refero sententiam; frequenter enim mihi usu*

Galenus *venit*, ut inquit Galenus libro 7. de composit. medicàm. per gener. 4. *Quare si quis post me æquè studiosus, & veritatis vehemens amator extiterit, &c.* & libro 3. aphorism. section. 11. *At nec si sæpiùs inquias adhuc possumus dicere, quod ita semper erit, sicuti nec si ex medicina aliqua videris purgatos sex, vel septem homines, dicere certè poteris quòd omnes posthac homines ex necessitate purgabuntur*; quod idem intellige de sanguinis missione, & aliis

remediis. Hæc omnia à me experta, & à multis quotidiè desiderata, ut in lucem prodeant, tibi offero & revelo. Vale.

PROOEMIUM.

CUM de infirmitatibus vel de negotio aliquo coram Medicis agitur ſtatim amor quidam, ac deſiderium hominum animos accendit ſciendi, ac percontandi quod in nulla alia diſciplina contingit, cum medicina de corporis humani myſteriis, deque illius etiam divina & incomprehenſibili fabrica tractet, & quia naturam hypochondriacæ paſſionis quaſi per tranſennam multi Practici complexi ſunt, & in hac tempeſtate hanc affectionem

nem apud omnes erectam reperiam, & maximè in litteratis cunctis ob assiduum in literarum prælio laborem. Unde cruditates generantur, & per eorum vigiliam spirituum resolutiones, & inflammationes, & maniacæ, & nigromanticæ dispositiones. Magnates enim ob voracitatem, & intempestivam victus rationem, & ob ciborum varietatem, & novos conditura usus, & aëris novam & variam intemperiem, varias in omnibus hypochondriis cruditates ingenerantes hanc affectionem patiuntur in cujus expositione, & declaratione paucos invenio Autores, qui feliciter vastum hoc pelagus transfretaverint, quique in curando hoc difficillimo, & novo

morbo jacturam non fecerint, & cùm à multis literarum artium Professoribus & Medicis summo desiderio expeteretur, & ab amicis quibusdam qui eum accuratissimè, & diligentissimè descriptum crebrò apud me testarentur, ut eum typis descriptum publici juris facerem; ego autem habita ratione, tum amicorum, tum utilitatis potissimùm publicæ, petitioni ipsorum, & desiderio multorum hominum satisfacere cupiens ad hoc me impulerunt opus, ut literis hoc de Melancholia Hypochondriaca Codicillum proferam.

Sed quorsum ego audeo tantam meis humeris imbecillimis Provinciam suscipere? Respondeo quod ait Plinius in *Plinius.*

Panegyrico ad Traianum, *laudabilia etiam multi faciunt de quorum ingenio bonum aliquid non ſperabatur.* Sic etiam nemo tam infirmi conſilij, tam obtuſi, abjecti, & hebetati ingenij, quin interdum dicat quidpiam ad rem vehementer accommodatum, & neutiquam ſpernendum, abominandum, & contradicendum etiam ſummis viris; unde vice Proverbij fuit olim celebratus verſiculus iſte: *Seneca.*

Sæpè etiam eſt Olitor verba opportuna locutus.

Cui alludit Petrus Aponenſis in additione ad librum Meſuë, capite de indigeſtione ſtomachi, qui ſe vidiſſe teſtatur graves magnáſque ægritudines, *Petrus Aponenſis.*

quæ vi artis medicæ nequeunt extirpari, quibus ſanandis multi periti Medici laboraverunt, tandem curatos fuiſſe ab imperitis quibuſdam, quia monſtra ſolent contingere in arte, ſicuti in hominibus, & natura inferacibus naturis. Quidquid ergo ingenioli mei fonte dixerim, Deum Ducem ſuſcipio, ſine cujus influentia deficit omnis ars, omniſque naturæ motus.

Sed ad noſtrum laborem accedentes cùm hypochondriaca affectio præfulgeat quæ Medicis opponitur, nam ab ipſorum auxiliis, & remediis nequaquam ſubjicitur judicium infero, *hoc morbi genus ob rationalium peccata adversùs noſtram naturam tempus progignere.* Quod

ocet Ecclesiast. *omni negotio* *mpus est, & opportunitas, & mul-* *hominis est afflictio*, & idem p. 30. *multos occidit tristitia, non est utilitas in illa.* *Eccles.*

Porrò veritati consonum icescit in morbis, ubi timor, mœstitia absque antidoto ncruciant, temporis esse ictus ærumnas indicantes, im vix in lucem venimus, ium lachrymæ dehiscunt, & m deliciis, & suppliciis in ic peregrinatione vita nostra qualiter societatem facit: ut inius *lib.* 7. *cap.* 50. qui post- *Plinius.* iam tria proposuit. Primum ıblij Cornelij, qui visum dor- iens amisit. Secundum Pha- rei, qui casu ab hoste percus- s, sanatus est præter spem à iorbo, qui incurabilis à Me-

dicis putabatur. Et tertium, Quinti Fabij, qui à quartana in acie liberatus est, postquam centum triginta millia hostium devastavit; postquam, inquam, hæc tria morborum exempla repræsentavit, figurâ Apostrophe utens ad deplorandam humanam fragilitatem, & miseriam se convertit,& inquit, *hominis vitam à fletu,& à suppliciis inchoare* significans fragile, caducum, & incertum esse hoc naturæ munus, quidquid hominibus conceditur, cùm tot sint pericula, tot morbi, tot curæ, tot invidiæ: jam nobis hebescunt sensus, jam membra torpent, nunc visus,nunc auditus, nunc incessus deficit, adeò ut miraculum sit Xenophilum sine ulla corporis læsione, &

peculiari detrimento centum & quinque annos vixiſſe, cum reliquis omnibus hominibus per ſingulas membrorum partes certis non modò horis, ſed diebus, aut noctibus nocivus calor remeet, aut frigus.

Et averſione ſeu Apoſtrophe ſupradicta finita, ad ſuum inſtitutum redit. Et quartum morborum exemplum adducit, proponens & quaſi exhortando loquitur, dicens, inſpicite & attendite, quàm miſera, caduca, & ærumnoſa eſt hæc vita noſtra, quandoquidem non ſolùm membrorum torpor, viſus amiſſio, auditus privatio, dentium defectus morbi ſunt; ſed etiam immodicum, & immoderatum ſtudium eſt morbus, & non qualiſcumque morbus, ſed mor-

talis; quaſi iterùm perſuaderet nemo mortalium ſe ſecurum, ac tutum contempletur, aut ſe ſanum,& incolumẽ jactet, omniq; periculo vacantẽ, eo quòd in corpore nullum habeat ſenſibile vitium, viſu, auditu, aut inceſſu,quoniam latet anguis in herbis,quia ut Cornelius Celſus inquit, *qui colatores,& nitidiores ſolito ſunt, ſuſpecta ſua bona habere debent*: quia tanta eſt miſeria, & fragilitas humana, ut adhuc in ipſa ſanitate, ſcientia,& ſtudio (quæ alioqui judicari poterat naturæ donum) latitet morbus,quia nimium eſt ſtudium,ideò morbus eo quòd nimium eſt,quia morbi habent ſuas leges, & ideò nimia ſcientia jam tranſgreſſa eſt ſanitatis leges, & eſt ſub legibus, aut

Cornelius Celſus.

terminis morbi.

Et confirmatur ſupradictum à D. Auguſtin. lib. 1. de Doctrina Chriſtiana: *fallax*, inquit, *in temporalibus bonis ſuavitas, labor, & perpetuus timor, & periculoſa jucunditas, initium ſine providentia, & finis cum pœnitentia.* Sed cùm revera ſub temporis dogmate captus ſim, duriſſimóque ipſius ſervitutis jugo premar, per pœnitudinem diſcurſui meo laborem admitto, ut in hujus operis ſtructuram ętatem ducat. Quod objectum arduam ingenij celſitudinem poſtulabat; ſed labor ad bona præſagienda me excitat: ut Seneca, *generoſos animos labor nutrit*, epiſt. 31. & Job, *homo naſcitur ad laborem, &c.* Deus maximus, omnipotens nobis ſecundis gratiæ ſuæ flatibus aſpi-

D. Auguſtinus.

Seneca.

Job.

ret, nec verendum quòd abſit cœleſtis gratia,ubi abundat juſti zeli cauſa,& ad humani generis ſalutem aliquid emolumenti ſpecto,& ſic notum feci diſcurſui meo per pœnitudinem hoc eſſe opus,quamvis omnes facultates principes ab ipſo crucientur: & ſi ita eſſet,labor erit requies, & pœnitentia ſolatium, quibus mediis, affectio hypochondriaca per litterarum laborem,& virtutis pœnitentiam ad ſanitatem redderetur;quod videtur ſentire D.Auguſtin.lib. de pœnit. *pœnitentia languores ſanat,leproſos curat,ſanitatem auget,mentem munit,& roborat.* *D. Auguſtinus*

Temporis cognitione facta cum ipſius ruina,& cum metu, & mœſtitia afflictio ſit,à quibus melancholicæ & nigromanticę

hypochondriacæ passiones
sentiales nepè,& per consen-
m indicantur assensum mihi
t de melancholia hypochon-
riaca aliud novum & particu-
re opus in lucem edere, quia
t inquit Julius, *à multitudine
onsiliorum obruitur veritas; quare
st interdum adhibenda vis veri-
ati, ut eruatur, nam viam ferro
perit, qui per contraria transit,*
dixit Baldus, *& veritas agitata
magis splendescit in lucem, & sic
vos autem si mihi assentimini,* ut
dixit Plato in dialog. Phædonis,
seu de anima, *non Socrati cedite,* **Plato.**
*sed veritati, sin vera loqui vobis
videbor, concedite diligenter ca-
ventes, ne ego dum annitor, me ip-
sum simul vosque decipiam, & ve-
lut apes aculeo in nobis relicto
abeam, ut fertur in proverbio. Hoc*

NOVISSIMA, VERIFICA, ET PARTICULARIS HYPOCHONDRIACÆ MELANCHOLIÆ CURATIO, ET MEDELA.

CAPUT I.

De Natura, nomine, & differentiis Hypochondriorum.

DICET aliquis profundum certè pelagus euasisti; haud magnum certè dies, cum deinceps, quod se-

quitur videris: *Quæ non posuisti, ne tollas*, dixit Solon, sed est quædam nativa æmulatio, quæ homines reddit Antipodes, de quibus dixit Cato: *Qui nec orientem, nec occidentem unquam viderunt Solem*: hæc tamen honorem auget, nec ab illa maius potuit accipi beneficium; nam miles bellum optat in gloriam. Ne cæcutias ad lumen: nam qui seipsum magis quàm veritatem honorandum putat, quod justum, bonum, pulchrúmque sit, malè judicat, decet tamen eum, qui magnus vir futurus est, neque seipsum, neque sua diligere, sed justa semper, seu à seipso, seu ab alio quovis gerentur, ut Platoni placuit. *Dialog.5.de legibus, epist.* 2.

Cato.

Plato.

Si quemquam ad magnos sapientia vexit honores,
Hunc citra invidiam vexit, & ipsa virum.

ed ex hoc ipso delicto accidit mnibus, ut ignorantiam suam sse sapientiam opinentur, alioum labores ignorantiam, ac e omnia scire arbitrentur; & deo, si nostra explicatio tibi placet, honorare nos quoque maximè debes, honoratus enim à te, te honorabo: non honoratus autẽ, conquiescam. Præterea si tu honorare me priùs cœperis, philosophiam videberis honorare; idque tibi gloriam pariet, tanquam sapientiæ autori, Plato, epist. 4.

Memento igitur necessariam esse ad res gerendas hominum benevolentiam: nam austeritas **Plato.**

amicorum solitudinem parit.

Varia cùm sint, & diversa hypochondria, distinctáque ipsorum repositoria, à quibus medicatoriæ indicationes sumuntur, vt perfectè, & absque aberratione, in curationem hypochondriacæ Melancholiæ deveniamus) priùs naturam hypochondriorum animadvertere tenemur, & quæ sint hypochondria, & in quibus collocata partibus, & quotuplex eorũ differentia. Quod perspicuè in curatione, ipsamet harum partium natura, quid agendum erit, indicabit; ut refert Lelius.

Lelius. *Multis signis natura declarat quid velit, ac quærat, ac desideret.* Unde antequam de objecto dijudicandum sit, prius naturam ipsius, animo complexi

ſumus, quia natura partis eſt patria, per quam diſcurſus divagari poteſt, ut Menandrus Poëta, *natura uniuſcujuſque generis enim eſt patria.* *Menandrus.*

Tota enim hypochondriorum natura, ſub regione ventris conſtituta eſt, in qua varia inſtrumenta detegunt, diverſas actiones in aliqua re verſantia. Videlicet in alimenti diſpoſitione, in chyli elaboratione, in ſanguinis generatione, & in diſtributione, & humorum ſeparatione. Nomen hoc *Hypochondrium* originem ab abdomine ducit, quod ab Arabibus *Mirrhc*, & venter inferior appellatur, in quo varia continentur viſcera, quod luce eſt clarius: nam hypochondrium nomen eſt Græcum, partem

illam incipientem à mucronata cartilagine uſque ad oſſa pubis denotans, ſed hæc eſt abdomen: ergo ab iſta parte hypochondrium, quod præcordium dicitur, ſumitur; & pro toto abdomine deducitur. Quia ſub abdomine omnia continentur viſcera, hypochondria dicta, & ob eorum conſenſum affectus hypochondriacus fulget: quod patet ex Galeno & Hippocrate & Celſo 4. *aphor.* 73. & 2. *aphor.* 35. & 7. *aphor.* 55. & 3. *epidem. ſect.* 1. *hiſt.* 2. Celſo *lib.* 4. *cap.* 1. aſſerentibus. *Abdomen ſurſum verſus ad præcordia pervenit, ab exteriori parte evidenti cute, ab interiori lævi membrana, incluſumque omento jungitur.*

Galenus

Eſt enim abdomen quædam membrana carnoſa, incipiens

à mucronata cartilagine usque ad ossa pubis, cujus constitutio sub octo continetur musculis, & in tres partes ventris dividitur, videlicet in supremam, mediam, & infimam. Suprema Epigastrica à Græcis dicitur, quæ ad umbilicum expargitur: media verò umbilicalis, quia ab ipso umbilico ortum ducit, & per spatium trium, aut quatuor digitorum ampliatur. Denique infima à Græcis appellatur hypogastrica (unde hypochondria) & hæc tota pars usque ad pubis ossa concluditur. Ut apparet à doctissimis Medicis, & Anatomicis, & à Phallopio *de institut. anatom.* *Phallopius.* & *de musculis abdominis*, & à Galen. *lib. de usu part. cap.* 14. & 5. *de anatom. admi.* & *de dif-*

*ferent.muſcul. cap.*26. & aliis autoribus.

Varij, & diverſi autores fuere ſuper varietatem, & differentias hypochondriorum; aliqui aſſeverantes tantùm unicum, vt abdomen hypochondrium eſſe; alij tria, ut meſenterium, omentum, & pancreas. Sed reverà, ſalvâ pace tantorum virorum, viſcera omnia, quæ ſub abdomine continentur præcordia, ſive hypochondria dicuntur à Græcis &

Aëtius. præcipuè ab Aëtio. *Percipiunt æſtum in thorace, non circa præcordia ſive hypochondria Græcis appellata.* 5. ſerm. 4. cap. 76. ſed ſi præcordia aut viſcera hypocondria ſunt, & ſub abdominis continentur regione; & nomen hypochondriorum ab

ipſo Abdomine perceptum eſt, rectè ſequitur, interiora viſcera hypochondria eſſe. Quorum differentiæ ſunt ſeptem, ſcilicet hepar, lien, ventriculus, pancreas, omentum, venæ meſeraicæ, meſenterium, & aliæ partes his coniunctæ, quæ ad ipſas reducuntur, ut venæ ab hepate, & liene dimanantes, & inteſtina quæ ſub hypochondriorum genere conſtituuntur.

CAPUT II.

De eſſentia Melancholiæ Hypochondriacæ.

ANtigraphia hujus capitis & delineatio hypochondriacæ erit, quæ ſub eſſentia prædictæ affectionis includi-

tur. Et cum tota essentia uniuscujusque objecti, in ipsius naturæ cognitione consistat, hoc est, in divisione, proprietate, differentiisque ipsius, nil est quod magis lucidum efficiat quàm definitio, quæ explicat essentiam rei de qua agitur; hoc est ex morbi essentia & natura morbi, ejus proprietatibus, symptomatibus, causis unde enatus fuit; & partibus quas occupat; ideo in omni morbo incipiendum esse à causæ sine qua non, ablatione, quia *causa in libris Medicorum est à qua provenit inventio alicujus dispositionis in corpore humano, nisi aliquid occurrerit quod impediat, & ad se omnem convertat curationem*, ut docet Galenus *lib.* 11. *Meth. cap.* 5.

Galenus

Hypochondriaca enim Melancholia est intermittens & per consensum delirium, cum metu, & mœstitia, ab humore melancholico in cerebrum tendente, per hypochondriorum consensum: quâ definitione animadvertendum erit, Melancholiam hypochondriacam tantùm illam esse, quæ ab hypochondriis, cum metu, & mœstitia evenit. Nam dantur in hypochondriis aliæ affectiones, ut dolores, flatus, obstructiones, cruditates, & inflammationes, à quibus magna sequuntur accidentia, quæ hypochondriacæ passiones appellanda sunt; nequaquam verò hypochondriacæ Melancholiæ, cùm metu, & mœstitia careant: quod colligitur ex Principe *Diffinitio.* *Nota.*

Avicenna. Cordubenſ. Avicenna. *libr.* 3. *fen.*14. tract.4. cap.26. *in hypochondriis eveniunt dolores mordicativi, extenſivi, ventoſi, & alij, & non eſt timor in eis.* Idem Galenus 3.*de locis affect.cap.*7.unde tota Melancholiæ hypochondriacæ eſſentia, in eo quod ſit per conſenſum ab hypochondriis, & præcipuè cum metu, & mœſtitia, quæ ſunt Melancholiæ characteres, conſiſtit, ut ex communi Medicorum conſenſu apparet, & à Galeno 5. *Iſagog. & 3. de locis affect. cap.* 6. *Galenus* aſſerente: *differunt autem Melancholici; nam omnes timent, & mœrent.*

Mœſtitia enim, & metus in hac evenientes affectione, diſcernuntur à metu, & mœſtitia, quæ per propriam cerebri paſſionem

passionem deteguntur. Quia in hac Melancholia, ægroti cur tristentur, ratione carent (nam aliter non essent melancholici) & colligitur ex Galeno, & ex sententia Aëtij, Rufi, & Posid. *Tristantur enim omnes præter rationem, & neque si interroges habent quod dicant, cur tristentur* lib. 2. de causis symptom. cap. 7. Metus verò, & mœstitia in Melancholia hypochondriaca, à causa manifesta originem ducit, & datur ratio cur tristentur ex accidentibus supervenientibus. Quod in capite de causis hujus passionis reperies. *Posid.*

Timor & tristitia in melancholicis sunt actiones imaginationis depravatæ & causantur à terrore, & nigrore humo-

ris, & ab intemperie frigida,& ſicca,& quamvis calor ſit viſûs objectum, nihilominus offuſcando diaphaneitatem, & perſpicuitatem ſpirituum, qui ſpiritus componunt organum actionis imaginativæ; & cùm ſint offuſcati faciunt malam compoſitionem, & ideo ſequitur actio depravata. Quando autem melancholici delectantur rebus horribilibus in locis infernalibus, & nigromanticis eſt propter maximum Melancholiæ hypochondriacæ habitum, qui eſt veluti naturalis, & quod eſt naturale gaudet ſimilibus, & hoc contingit Melancholia hypochondriaca maximè confirmata.

At ſi dicas delirium ex autorum majori claſſe, à calidi-

tate evenire, ut in febribus, inflammationibus, & præcipuè in phrenitide apparet. Sed in Melancholia essentiali, & per consensum datur delirium, ergo non eveniet ab humore melancholico ex sua natura frigido, qui ob frigiditatem ad somnum conciliandum majori dispositione utitur; *Quia somnus per caloris influentis privationem, & refrigerato primo sensorio fit; vel est redditus spiritus animalis ab instrumentis sensuum, & motus ad principium, unde sensus & motus privatur; vel est conventus, seu reciprocatio caloris naturalis ab exterioribus ad interiora propter evaporationem ascendentem ad cerebrum ibidem infrigidatam, & iterum descendentem, & obstruentem* *Quid sit somnus & quo modo fiat.*

meatus sensorios propter salutem animalium : fit enim quando vapores à cibis & potionibus resoluti petunt cerebrum, & invenientes ipsum frigidum, & densum, congelantur & condensantur, veluti vapores ab aqua inferiùs elevati ad partem superiorem, & graves facti descendunt obstruúntque meatus sensuum, ut spiritus ad cerebrum à suis instrumentis retrahantur: quod si fuerit moderatus, naturales facultates reficit omnes, corporis interna calefaciet, unde ciborum perficitur concoctio; cordis vias humectat & lassitudines inhibet: animali enim facultati affert augmentum, & humoribus obvians temperatis, calefacit, & humectat, corpus

impinguat, dolores excutit, & mentem exhilarat, coctiones omnes corporis adjuvat, & meliores facit, viſcera roborat, & cruditatibus ita prodeſt, ut nihil aliud ferè quidquam ſenectutis duritiam emollire, vel deperditam in ipſis ſubſtantiam reparare poſſit magis, ut ex Homero inquit Galenus.

Ut lavit ſumpſitque cibum, det membra ſopori. Galenus.

Immoderatus & immodicus ſomnus, & quidem prolixior, virtutes animales concitat & diſſolvit, vias laxat, corpus refrigerat, & humectat, phlegma auget, calorem debilitat, naturalem corporis calorem corrumpit, motus debilitat: Quod ſi parcior fuerit juſto, conſurgit imbecillitas, infirmi-

tas digeſtionis, corporis ſiccitas, calor diſſolvitur. Porrò ſomnus convenit poſt deſcenſum cibi à ventriculo, & quidem nocturnus ob frigus, calorem ad interna propellens, & ob ceſſationem à muneribus. Diurnus enim, inſuetis maximè, ad plures præparat morbos; quia interdiu vigilandum, noctu dormiendum eſt, ſi contra verò immutemur, peſſimum eſt. Celebrandus autem eſt in lecto ſuavi, ac molli corpore; ut decet, contecto, ut membra æſtate non æſtuent, & hyeme nō algeant; nec ſudorem incurrant, & capite elato, non ſupino: ſed primò quidem in dextrum latus, deinde in ſiniſtrum decumbant; & ſic ex dictis differentia ſomni naturalis, &

morbosi ut in lethargo, & alijs soporiferis affectionibus à causis frigidis somnum inducentibus colligitur.

Responde ad illud quod suprà diximus majorem concedendo, minorémque distinguendo, sed in melancholia essentiali & per consensum, datur delirium eandem naturam cum delirio febris, inflammationis, aut phrenitidis servans, negatur minor: quod patet, quia delirium febris, & inflammationis & quod provenit à caliditate, fit cum furore, & absque metu, & mœstitia; at verò quod in omni melancholia evenit, ab humore melancholico cum metu, & mœstitia procreatur; & hoc ex natura ipsius frigidi humoris, illud à

caliditatis prædominio, & aliquando febris acuta prorsus liberabit ab insania ut Alcipo, quæ etiam paralysi non infrequenter accidit in remedium, lippientem curat febris, quartana sanat epilepsiam, tertiana catarrhum, ebrius repentè moritur mutus, nisi febris adveniat; convulsionem sanat febris, si aucta sit, nec prius extiterit, nam impar deteriorem reddit, sicut apoplexiam lenta febris; quia morborum morbus est curatio.

Pervigilium symptoma est ad se se aliquando trahens curationem, cum adeò est immodicum, ut vires dejiciat. Ob motum enim perpetuum ad externa innatum calidum dissipatur, & unà cum ipso spi-

ritus; & vigilia corporis humiditatem exſiccat: unde in catarrhis præcipitur, adurit humores, ægritudines facit auctas, ſpiritum reſolvit, concoctionem impedit, & tum cibi, tum potionis cruditatem efficit: & provenit multis rationibus, ſcilicet ab ira, triſtitia, ſolicitudine, fluxu ventris, dolore, inanitione, fame, & à fuliginibus acribus & mordacibus in caput aſcendentibus: ut Gordonius *part.* 2. *cap.* 18. & Avicenna, *fem. ſect.* 3. *tract.* 4. *cap.* 4. Deinceps duabus de cauſis fit vigilia, à natura ſcilicet, & frigiditate prædicti melancholici humoris, ab hypochondriis mittentis in cerebrum vapores melancholicos, acres & opacos, qui agi- *Gordonius.*

tando, turbando, & commovendo ſpiritus animales; facultates principes ab ipſis ſuam functionem exercentes, cum metu, triſtitia, & vigilia afficiuntur.

Vigilia fit alio modo à frigiditate, & ſiccitate melancholici humoris, cujus intemperies præter naturam in cerebro conſtituta, coctionis imperfectæ eſt cauſa, ſed imperfecta concoctio eſt cauſa imperfectæ nutritionis, ergo in cerebro daretur nutritionis imperfectio; quo ſuppoſito, & & nutritionis defectu, neceſſe eſt cerebrum privatum eſſe ab humido alimentali, ſed hoc eſt cauſa ſomni immediata, ergo per privationem ipſius vigilia evenit à frigiditate, & à

natura humoris melancholici; quod probatur ab Ariſtotele 1. *problem. ſect.* 30. & Argenterio *libro de ſomno & vigilia.* *Ariſtoteles.*

Cùm hypochondriaca paſſio, ſit præter naturam affectus, qui triplex eſt, morbus ſcilicet, ejus cauſa, & ſymptoma. Eſt enim ſymptoma in actione læſa depravatæ imaginationis, ob vaporum melancholicorum generationem: & per conſenſum ab hypochondrijs, aut reſolvendo, aut agitando, & obturando ſpiritus animales depravatè operantur, qui cum ex ſua propria natura lucidi, familiares, & grati, in imaginationis arce (ut in parte anteriori cerebri) ſocietatem factitabant, ob impedimentum, & ſymptomatis no-

xam, imaginandi facultas, opaca, debilis, & territa remanet: & cum metu, & mœstitia depravatè operatur: Quâ doctrinâ intelligitur locus Galeni & de causis symptom. cap. 7. *Timent autem eorum nonnulli tum mortem, tum alia quæ minimè sunt timenda: cæterùm cùm ex atra bile cùm principium rationalis animæ occupavit, timor, mœrórque accidit.* Morbus, quem hoc symptoma sequitur est intemperies frigida, & inprimis calida, ut constabit *in capite de causis:* deinceps est morbus in cavitate, & in magnitudine adaucta, ob aliquam evenientem in hypochondrijs elevationem.

Galenus

CAPUT

CAPUT III.

De timore, & mœſtitia, & quomodo in Melancholia Hypochondriaca eveniant.

SPeculatio ſuper timoris, & mœſtitiæ naturam ardua res eſt, & cum omnibus Melancholicis hæc ſint propriæ paſſiones, ac quibus vires labefactari videntur, jure de ipſis certandum erit; & in primis timor ex Cicerone; eſt metus mali impendentis *lib.*4. *Tuſcul.* *Cicero.* & Ariſtoteles 5. *Ethicor. cap.* 4. *Ariſtoteles.* & lib.2.rhetoric. *Timor eſt ſpeculatio mali, aut eſt perturbatio animi ex imaginatione futuri mali corruptivi.*

Mœſtitia ex ſententia An-

gelici Doctoris Divi Thomæ. S. Thomas. Part. 2. quæst. 26. art. 5. *Est paßio naturalis media inter duas paßiones irascibiles.* & ex Seneca in epist. *Tristitia est dolor tristis animi cum privatione voluptatis.* Quæ passio ob majorem in angoribus melancholicis cruciatum primum obtinet locum, nam meo videri tristitia extrema infelicitas, & paupertas miserrima est: quod docet Apollodorus in Paralog. Apollodorus. *Non appellandus est felix qui pecunias habet plurimas, sed qui non tristatur.* Quia vivit infelix, ac miser, & quidem non vivit, qui vivit morbis obnoxius. Idem colligitur ex litteris sacris ut in Ecclesiast. 14. *Felix qui non habuit animi sui tristitiam.*

Tristitia enim ad mortem est

iter opacum, & est veluti quædam ebrietas , & horribilis omnium sensuum perturbatio : ut Divus Hieronymus super Joan. *Nulla res ita inebriat ut animi perturbatio, id est, tristitia, quæ ducit hominem ad mortem, hæc abominanda ebrietas est.* Tristitia inter omnes passiones primum locum ad nocendum obtinet, cor ab ea subjicitur,ut denotat Divus Thomas part. 2. quæst. 26. art. 1. *Tristitia inter omnes animi passiones maximè corpori nocet :* & in proverbijs,hæc veritas elucescit : *mœror in corde viri humiliabit illum ; & spiritus tristis exsiccat ossa.* Proverb. 12. & 17. ergo si tantæ ærumnæ à metu, & mœstitia in interitum nostrum eveniant, consonum rationi videtur ad ipsa-

Hieronymus.

S.Thom.

Prover.

rum oppoſitionem, & antidotum naturam, & harum partium generationem animadvertere; quæ indicatio non tantùm in harum curatione fulget, ſed in omnibus morbis, ut docet Galenus 4. Meth. cap.
Galenus 6. *ad determinationem remedij opus eſt animadvertere magnitudinem morbi, ejus ideam, motum, & morem ipſius.*

Mœſtitia, & timor quomodo in melancholicis cruciatibus generetur valdè diſceptatum fuit, quia laborioſum certamen hoc ſequitur opus; in cujus explanatione autores inter ſacrum (ut dicitur) & ſaxum, aut inter malleum, & incudem conſtituti ſunt. Unde varij ſcriptores varia litteris mandavere, quas ipſorum ſen-

entias ad veritatis expoſi-
ionem, paucis tamen verbis
omplexus ſum.

Mœſtitia enim & timor eſt
uplex generalis videlicet, &
pecialis; generalis eſt ille,ſub
uo omnes, & præſertim debi-
es animi afficiuntur, qui ab
xigua re moleſtante frequen-
er alterantur, at talis timor
nelancholiæ non convenit.
Timor verò ſpecialis vocatur
le,qui depravatæ imaginatio-
is paſſionem ſequitur, quæ
ifferentia tantùm melancho-
æ accidens dicitur, ut colli-
itur ex Hercul. Saxo. & Eu- *Herculanus.*
hac. Rud. *cap.de melancholia.* *Euſtachius.*
ipradicti autores, & omnes
x communi ſententia timo-
em, & mœſtitiam fieri do-
ent ab humore melancholi-

co nigro in cerebrum vapores turbulentos, & nigros mittente, tingentéque cerebri ſubſtantiam, unde ſpiritus animales, ob permixtionem, & tincturam prædicti humoris fulgorem naturalem amittunt, & conturbantur, torpeſcuntque, & ipſorum potentiæ, ut ratiocinatio, diſcurſus, memoria, & imaginatio, ejuſdem remanent generis; & fiunt nigromantici: qua ratione à nigredine humoris cum timore, & mœſtitia in Melancholia hypochondriaca depravatur imaginatio, & actiones illorum eſſe quaſi delirantium; ac infernum amantes, & rerum illius; & familiarium conſpectum averſantes alienum putant.

Sed dicimus pace illorum

mœrorem,& mœstitiam absq; humoris melancholici nigredine aliquando evenire posse. Quod sic probatur:ex imbecillitate spirituum animalium, ipsorum actiones , ut imaginatio, discursus , & memoria debiliter & depravatè operantur , sed talis imbecillitas absque humorum nigredine evenire potest , ut ab humoribus crassis , frigidis , & siccis resolventibus calorem naturalem cerebri , & ipsius animales spiritus; ergo imbecillitas cerebri & spirituum absque nigredine erit ; ergo ipsorum facultates absque nigredine & ob aliam causam , cum metu, & mœstitia actionem indicabunt , major est vera , & minor , & consequens patet ex Avicenna

Avicenna. 1. de viribus cordis cap. 6. *Tristandi verò frequentiam duo consequuntur, videlicet debilitas naturalis virtutis, & secundum scilicet inspiratio spiritus propter frigiditatem accedentem apud extinctionem caloris naturalis, causatam à vehementi coadunatione, & coarctatione spiritus.* Idem Averroes Cordubensis 3. coll. cap. 40. & qui dicunt *Averroes.* *quod anima terretur propter humorem melancholicum nigrum, sicut terretur homo in obscuro, dicunt verba cantionum:* idem Aristoteles 5. problem. sect. 3. *Aristoteles.* *Si habitus justo frigidior sit; timendum redditur.*

Sed dices timorem, & mœstitiam passiones esse cordis, ergo non cerebri. Respondetur duplicem esse timorem,

naturalem nempe, & morbosum; timor enim naturalis eſt propria paſſio cordis, morboſus verò, & melancholicus conſtitutus eſt in cerebro, ùt primum ſenſus inſtrumentum; & quamvis verum ſit timorem, & mœſtitiam naturales cordis paſſiones eſſe, non erunt primo & per ſe niſi per accidens, hoc eſt per inſtrumentum ſenſitivum, id eſt; cerebrum; & eſt ratio, nam ut omnes animæ paſſiones in lucem proferant, ab aliquo inſtrumento ſenſitivo juvantur: quæ ſententia omnibus communis eſt, & inter Philoſophos ſectata, nam in animi paſſionibus tria reperiuntur, ſcilicet apprehenſio objecti per ſpecies ſub ratione boni, vel mali,

appetitus ad prosecutionem, vel fugam, & motus cordis; ergo antequam quælibet passio sit cordi propria, primum ab instrumento sensitivo eveniet: ergo quomodocunque prædictæ timoris, & mœstitiæ affectiones fiant, à cerebro originem ducunt.

Notandum est quòd timor, & mœstitia sint pathemata adeò inter se familiaria & conjuncta ut unum sine alio reperiri nequeat: in hoc enim tantummodo differunt quod metus est opinio mali futuri, tristitia verò opinio mali præsentis; quemadmodum igitur subitus timor ob repentinam, & affatim factam sanguinis, & spiritus ad cor retractionem calorem naturalem suffocan-

o interimit. Sic etiam cùm
dmodum ſubitò non acceſ-
t, ſed diutius hominem an-
it, triſtitiam ſibi adciſcens ſo-
citúmque animum reddens,
igilias inducit. Unde ob ſan-
uinis, & ſpiritus agitationis
orporis excalfactio, & exſic-
atio, ac ſanguinis aduſtio ſub-
quuntur, quamvis ſi diutiſſi-
iè perſeveraverint, caloris
ibſtantiam reſolvendo refri-
erent, quod omnibus cauſis
nmodicè aut longo tempore
lefacientibus proprium eſt.
imor igitur, & mœſtitia lon-
o tempore perſeverantia
on ſolùm melancholici hu-
oris ſpiritus obtenebrantis,
inficientis in corpore re-
indantiæ ſigna ſunt; ſed
iam cum longo tempore à

appetitus ad profecutionem, vel fugam, & motus cordis; ergo antequam quælibet paſſio ſit cordi propria, primum ab inſtrumento ſenſitivo eveniet: ergo quomodocunque prædictæ timoris, & mœſtitiæ affectiones fiant, à cerebro originem ducunt.

Notandum eſt quòd timor, & mœſtitia ſint pathemata adeò inter ſe familiaria & conjuncta ut unum ſine alio reperiri nequeat: in hoc enim tantummodo differunt quod metus eſt opinio mali futuri, triſtitia verò opinio mali præſentis; quemadmodum igitur ſubitus timor ob repentinam, & affatim factam ſanguinis, & ſpiritus ad cor retractionem calorem naturalem ſuffocan-

do interimit. Sic etiam cùm admodum ſubitò non acceſſit, ſed diutius hominem angit, triſtitiam ſibi adciſcens ſolicitúmque animum reddens, vigilias inducit. Unde ob ſanguinis, & ſpiritus agitationis corporis excalfactio, & exſiccatio, ac ſanguinis aduſtio ſubſequuntur, quamvis ſi diutiſſimè perſeveraverint, caloris ſubſtantiam reſolvendo refrigerent, quod omnibus cauſis immodicè aut longo tempore calefacientibus proprium eſt. Timor igitur, & mœſtitia longo tempore perſeverantia non ſolùm melancholici humoris ſpiritus obtenebrantis, & inficientis in corpore redundantiæ ſigna ſunt, ſed etiam cum longo tempore à

causis externis præcesserint, eumdem atrum humorem generare, & coacervare nata sunt: quare humorum puritas homines hilariores reddit; ipsorum autem crassities, atque turbulentia tristiores, melancholicósque facit.

Galenus Dicendum nobis est cum Galeno, *lib.2. de symptom.causis.* Quod tenebræ animæ rationalis est atra bilis, & istæ inducunt timorem, & formidolosæ sunt, & ipsarum tenebrarum somnium significat atram bilem: dicitur etiam hypochondriaca passio, & omne mentis delirium cui ira, temeritas, atque immanitas jungitur, quia etiam significant atram bilem peccare ex Hippocrate *Hippocrates.* cap.4. aph. 2. & melancholicis ob

ob ſiccitatem videntur phantaſmata ſomniorum; ſic nigromanticus putavit dæmones ſibi immiſſos, ut refert *lib. Melanch.* ex Galeno, Rufo, & Poſid. Spar. quare fugiendæ ſunt vigiliæ, labores, ſolicitudines; & tenuis victus: quia generant melancholiam, ex Galeno *lib. 3. de locis*, & ægritudines capitis, quales ſunt hypochondriacæ paſſiones, & ſupinæ, & caninæ melancholiæ; quæ propriè inſania eſt, ut inquit Hippocrates com. 2. aphor. 21. *Et melancholica ecſtaſis, ex qua membrum omne eſt congelatum, terreſtre & privatum ſenſu*; ex Galeno lib. de anot. vivor. ex vaporibus melancholicis, ut notat *lib. de util. reſpirat.*

Poſid.

Galenus

Idem.

Hypochondriacus flatuosus est morbus, & in hypochondriaco flatu cruditates fiunt: quare hypochondriaca flatuosa vocatur, & symptomata ipsorum est atra bilis, ex Galeno *lib.5. de locis*, & habentes hypochondriacum flatum fiunt melancholici. 2. *de symptom. causis.* & ipsius melancholiæ species, & insaniæ multas species habent, & est morbus longus, & intrinsecus; & fit multoties ab insatiabilitate, mœrore & tristitia; & insania est vehemens delirium, & illa, & phrenitis solùm febre differunt ex Hippocrate *lib. 3. de morbis vulgaribus.* Et insaniunt vehementer mulieres, si acta à partu cum febre retineantur ex Hippocrate *lib.1. Prorrhet. com.2.*

Idem.

CAPUT IV.

De Hypochondriacæ Melancholiæ differentijs.

MElancholiæ hypochondriacæ differentia triplex eſt ex Galeno. Prima quæ per propriam cerebri eſſentiam, paſſionem ſuam promulgat; & etiam Plinius loco *ſuprà* citato poſtquam egit de morbis ſenſuum, ut viſus, auditus & agit de morbo primi ſenſorij, ſcilicet cerebri, qualis eſt melancholia hypochondriaca, & etiam de morbis partium externarum, & ob id omnibus patentibus de morbo partis internæ ſcilicet cerebri; & poſtquam tractavit de læ- *Galenus*

ſionibus corporis, mentionem fecit de læſionibus animæ; ſeu potentiarum ejus; ſcilicet mentis alienatione.

Secunda differentia Melancholiæ fit per conſenſum à toto corpore & tertia de qua loquimur, & eſt diſputatio, fit per conſenſum ab hypochondrijs: quæ differentia propriè melancholia hypochondriaca appellatur. Ex noſtra ſententia, duplex eſt Melancholia hypochondriaca, ſpuria videlicet, & legitima: ſpuria quæ ex hypochondriorum noxa ab obſtructionibus, & cruditatibus exiſtentibus in ipſis hypochondrijs, cum humorum frigidorum, & craſſorum abundantia evenit. In qua differentia humores prædicti à natura me-

ſancholicorum diſtant, & ipſi-
met vapores in cerebrum mit-
tunt, caput variis accidentibus
infeſtantes ; vt in ſoporiferis
affectionibus , vertiginibus ,
comitialibus morbis , & alijs,
de quibus multis hiſtorijs , in
curatione expertus fui per
conſenſum ab hypochondrijs
evenire; & in tota ipſorum re-
gione ob prædictos humores
flatus , anxietates , dolores,
mordicationes , & torſiones
elucefcunt ; quæ differentia
melancholia hypochondriaca
appellanda erit, non quòd ab
humore melancholico ini-
tium habeat , quia metu &
mœſtitia caret,ſed dicetur me-
lancholica, quia afflicti prædi-
cta differentia ob moleſtiam,
& ſymptomatum cruciatum

triſtari videntur: ſed talis triſtitia cùm non dependeat ab humore melancholico, imaginationem cum metu, & mœſtitià depravante, nequaquam morboſa, & legitima erit, & in hoc ſenſu intelligo loquutum fuiſſe Avicennam: *in hypochondrijs eveniunt dolores mordicativi, extenſivi, ventoſi, flatuoſi, & alij, & non eſt timor in eis.*

Avicenna.

Melancholia hypochondriaca legitima eſt illa, quæ à prædictis per conſenſum hypochondrijs ab humore melancholico infeſtantibus in cerebrum mittuntur melancholicos vapores turbantes, & inquinantes animales ſpiritus unde datur imaginationis cum metu & mœſtitia, depravatio.

Tot enim prædictæ paſſio-

nis differentiæ erunt, quot hypochondria ſunt. Quare daretur melancholia hypochondriaca, hepatica, ſplenetica, meſenterica, omentalis, pancrealis, ventricularis, inteſtinalis, & aliæ ſub abdomine continentes differentiæ, de quibus ſuo capite diſceptandum erit. Dantur etiam hypochondriaca deliria melancholica ex cauſa frigida ex Galen. *lib.2. de ſymptom. cauſis.*

CAPUT V.

De Hypochondriacæ Melancholiæ parte affecta.

NAturâ morbi tritâ, & omnibus manifeſtâ, circa partis affectæ agnitionem in-

dicatio curativa urget: nam ab hac radix subjecti infestantis sumitur; & cum pars affecta speculantibus, quamvis diversis itineribus fulgore sit clarior, scilicet ex situ partis, proprietate doloris, & accidentia uniuscujusque partis, Medicus has differentias in memoriam revocare debet, & præcipuè in morbis constituentibus ex variis partibus affectis unum morbi genus; quod vulgatum est in quolibet instrumento ex diversis partibus constituto, & cum sub abdominis regione varia hypochondria constituantur, à quibus omnibus simul, & seorsim ab uno tantùm hypochondriaca affectio vociferat, difficile videtur an ab una parte, an ab alia reverà

dignotio fiat; quarum cognitio plurimùm operis, & laboris habet: ut docet Galenus 2. de composit. medic. 2. loc. cap. 1. *Itaque difficillimum est affectum cognoscere locum, sive unus, sive plures uno existant.* **Galenus**

Porrò cùm in hypochondriaca, & in qualibet alia melancholica affectione, quod magis infestet sit metus, & mœstitia à quibus imaginationis depravatio instimulatur, & ex communi omnium consensu pars affecta sit cerebrum, sive per propriam, sive per consensum, passionem: valdè difficile mihi videtur, eò quòd prædicta affectione cruciati cordis tantùm molestiam sentiunt, asseverantes, per palpitationem, & dolorem in corde,

& in ipsius regione torquentem; ipsummet cor partem affectam esse, dolere cor, & passione cordis planum est: unde si pars affecta ex situ partis, proprietate doloris, & accidentibus uniuscujusque partis colligitur, & molestia in situ, & cordis regione dilucidatur; ergo sequitur partem affectam melancholiæ esse: quod patet ex Avicenna *lib. de viribus cordis tract.*1.*part.*17. Tristitia verò sumitur respectu contristantium rerum, quoniam est paucitas tolerantiæ ipsarum à corde, & terribile nocitivum quidem ex corde; & Hippocrates lib. de morbis virgin. *Cùm igitur venæ repletæ fuerint, cor fatuum sit, deinde ex fatuitate torpedo, postea ex torpedine delirium.*

Avicenna.

Hippocrates.

Sed ut nequaquam in laqueum inducti ſimus, aſſeverandum erit cerebrum tantum omnis melancholiæ partem eſſe affectam; & pro locorum explanatione animadvertes, partem affectam melancholiæ duobus modis ſumi, vel per ſedem melancholiæ inſeparabilem, vel per ſedem cauſæ ipſius humoris melancholici: primo modo tantum eſt cerebrum pars affecta cum mœrore & mœſtitia depravatam imaginationem inducens: ſecundo modo, hoc eſt, per ſedem cauſæ partes affectæ omnia hypochondria, & cor erant; de qua differentia autores locuti fuere: ab his igitur partibus per intemperiem, & ipſarum conſenſum vapores, ſive

melancholici atri, ſive frigidi & moleſti, qui in cerebrum aſcendentes animales ſpiritus turbantur, obumbrantur, & reſolvuntur, metum, & mœſtitiam plumantes & delirantes, & deliratio nulla eſt ſecura, minus periculoſæ, quæ cum riſu; ſed temerariæ periculoſiſſimæ ſunt, ut poſtea dicemus.

CAPUT VI.

De ſignis Melancholiæ Hypochondriacæ.

Ariſtoteles. ARiſtoteles dixit *ſignorum quædam ſcientiam efficere; quædam verò opinionem: ea eſſe pulcherrima quæ ſcientiam. 2. loco quæ opinionem*, Quare nil illuſtre,

illuſtre, & vulgatum in noſtra Apollinea facultate apparet, quam in omnibus præter naturam affectis dignotio ſignorum; nam ſigna ſunt veluti ſeptentrion, quæ nos in portum morbi cognitionis vehit; & cùm variæ, & diverſæ in quolibet morbo ſignorum differentiæ ſint, naturam ipſorum animadvertere tenemur. Signa enim quæ valent ad inquirendum præteritum, præſens, & futurum ſub quinque comprehenduntur differentiis. Primò, ſub pathonomonicis morbi eſſentiam indicantibus. Secundò, ſub aſſidentibus quia poſſunt abeſſe & adeſſe, indicantibus magnitudinem, aut morbi parvitatem. Tertiò, ſub mox apparentibus, ut ſunt ſigna co-

ctionis, & cruditatis, à quibus brevitas, aut morbi longitudo elucescit. Quartò, sub supervenientibus, quæ signa boni, vel mali moris dicuntur, laudabilem, vel pessimam morbi ideam indicantia. Quintò, sunt signa critica, id est, judicatoria.

Pathonomonica enim signa à quibus natura, & essentia Melancholiæ hypochondriacę indicatur sunt vigilia, & ab hac sequitur motus, deinde mœstitia; quorum cruciatus, non continuè, sed continuis intervallis molestiam parit: eò quod tandiu affectionis patienti vultus occurrit, quamdiu vapores opaci, tenebrosi, & atri ab hypochondrijs elevati cum spiritibus animalibus permiscentur: ipsisque resolutis

vaporibus, caput infestantibus finis symptomatibus imponitur, donec alij novi generentur vapores: at verò quando prædicta signa per consensum ab hypochondrijs evidenter patent, dicitur affectus melancholicus hypochondriacus, legitimus & perpetuus.

Assidentia signa hunc morbum, & partem affectam indicantia, futurique imminentia sunt solitudinis desiderium, hi enim melancholici *taciturni sunt, excordes, mœsti, ad lachrymas proni, morosi, & caperatæ frontis: Talem fuiße Heraclitum existimat Theophrastus, & Bellerophontem, qui loca deserta planctu & lamentis implebat.* **Theophrastus** Quin in plerisque sunt imaginationes adeò distortæ, ac

monſtruoſæ & nigromanticæ & diabolicæ, ut neſcias, quæ mala, & fictitia, & quæ joculariter non fingantur, imaginentur, & operentur: ferè enim ſemper laqueo ſe ſuſpendunt, ex alto præcipites cadunt, in puteos, & flumina proſilire, ac incidere coguntũr, ut experimentis quotidianis conſtat, & ex Hippocrate libro de morbis virginum & ex Galeno 3. *de locis affectis cap.* 6. *de melancholicis* loquens. *Quoſdam etiam alieno admodum, atque extraneo videbis animo, utpote qui ſimul, & mortem metuant, & tamen mortem ſibi conciſcant*. Verba Hippocratis clariſſimè demonſtrant. *His autem ſic habentibus præacuta quidem inflammatione inſaniunt*, *præ*

Hippocrates.

Galenus

putredine verò clamant; præ caliginositate autem timent, ac formidant, præ compositionis viro circa cor stragulationes parant, præ sanguinis autem malitia animus mærens, ac anxius malum attrahit; sed & alium horribiliter compellit, & in puteos prosilire, ac incidere jubet & strangulari; & aliqui seipsos perimunt ex Galeno *lib. de Melanchol.* &c. & Princeps Arabum Avicenna *lib.* 3. *fen* 5. *tract.* 4. *cap.* 19. inquit, *& quidam eorum sunt, qui rident, & quidam sunt, qui plorant; & quidam eorum sunt, qui deligant mortem, & quidam qui eam abhorrent.* Eosdem casus raros, & inaudita exempla diabolica & infernalia ut illa nigromantici hypochondriaci & apocryphi & condemnati *Avicenna.*

libri referunt Æginetą *lib.* 3. *cap.* 4. Aëtius *serm.* 2. *tetr.* 2. *cap.* 9. Joannes Schenchius titulo de melancholicis hypochondriacis.

Aëtius. *Ioannes Schenchius.*

Similiter melancholici hypochondriaci laborant diversis morbis, habent frequentem cogitationem, visum tristem, oculos concavos, ventriculi cruditatem, ructus acidos, & aliquando nidorosos, flatus, tensiones hypochondriorum, æstus, murmur ventris, & ipsius dolorem, frigiditatem ventriculi, cordis palpitationem, anxietudines, lipothymias ob cordis, & ventriculi molestiam à vaporibus acribus, adustis, & turbulentis ab hypochondrijs genitis, & per arterias in cor tendentibus,

aversionem delectationis, frequentem cogitationem, odium adversus stantes; & cùm tot sint, ac tantæ, támque diversæ, ac monstruosæ melancholicorum imaginationes, ut eas Trallianus *lib.* 1. *cap.* 16. citatus *infinitas, peregrinas, & multiplices nominare non vereatur, cùm inspicias hunc ridentem, illum plorantem, hunc mortem optantem, illum eam valdè pertimescentem, alium se vas fictile esse putantem, & jam episcopatum, & mitram possidentem, alium se gallum esse cantantem:* quæ omnia sunt indicia insanientium. *Trallianus.*

Sic etiam melancholici hypochondriaci varij semper, ac multiplicibus imaginationibus distrahuntur, & si multa ante

oculos sunt ut medicinalia remedia animæ & corporis non advertunt, sed eam & ejus ministros abhorrent, & non advertunt: deinde si adversantur hæc, & etiam eos, qui maximè videntur esse salutares, & honorabiles, amici, & familiares, ut inquit Trallianus citatus *mæstitia ab illis inseparabilis eos inducit, ut odio prosequantur omnes quotquot viderint, & à quibus medicinam animæ & corporis accipiunt.* Quid mirum ut notat Galenus 3. *de locis affectis cap.*6. quod melancholici *taciturni sint, & rerum familiarium conspectum aversentur, tanquam alienum putantes ut ex Hippocrate constat*, epistola ad Philopemenon.

Trallianus.

Galenus

Hippocrates.

In affectione ista hypochon-

driaca ſalivæ fluxus frequenter apparet, & ferè omnes judicant tantùm indicare cruditates in prima regione genitas, & quamvis verum ſit, majori ſpeculatione indiget hoc ſignum, & qua ratione, & indicatione fiat, in curatione oportet animadvertere: nam talis fluxus indicat obſtructiones notatu dignas majorum hypochondriorum; quia ſubjectum cruditatum, à quo fluxus ſalivæ gignitur, cùm per obſtructionem, ſive viarum impedimentum in ventriculo, hepate, liene, & venis meſaraicis ſuperari non poſſit, neque per inteſtina evacuare, neque per venas ad nutritionem, ipſummet in materiam aqueam convertitur,

melancholici atri, sive frigidi & molesti, qui in cerebrum ascendentes animales spiritus turbantur, obumbrantur, & resolvuntur, metum, & mœstitiam plumantes & delirantes, & deliratio nulla est secura, minus periculosæ, quæ cum risu; sed temerariæ periculosissimæ sunt, ut postea dicemus.

CAPUT VI.

De signis Melancholiæ Hypochondriacæ.

Aristoteles. ARistoteles dixit *signorum quædam scientiam efficere; quædam verò opinionem: ea esse pulcherrima quæ scientiam.* 2. *loco quæ opinionem*, Quare nil illustre,

illuſtre, & vulgatum in noſtra Apollinea facultate apparet, quam in omnibus præter naturam affectis dignotio ſignorum; nam ſigna ſunt veluti ſeptentrion, quæ nos in portum morbi cognitionis vehit; & cùm variæ, & diverſæ in quolibet morbo ſignorum differentiæ ſint, naturam ipſorum animadvertere tenemur. Signa enim quæ valent ad inquirendum præteritum, præſens, & futurum ſub quinque comprehenduntur differentiis. Primò, ſub pathonomonicis morbi eſſentiam indicantibus. Secundò, ſub aſſidentibus quia poſſunt abeſſe & adeſſe, indicantibus magnitudinem, aut morbi parvitatem. Tertiò, ſub mox apparentibus, ut ſunt ſigna co-

ctionis, & cruditatis, à quibus brevitas, aut morbi longitudo elucescit. Quartò, sub supervenientibus, quæ signa boni, vel mali moris dicuntur, laudabilem, vel pessimam morbi ideam indicantia. Quintò, sunt signa critica, id est, judicatoria.

Pathonomonica enim signa à quibus natura, & essentia Melancholiæ hypochondriacę indicatur sunt vigilia, & ab hac sequitur motus, deinde mœstitia; quorum cruciatus, non continuè, sed continuis intervallis molestiam parit: eò quod tandiu affectionis patienti vultus occurrit, quamdiu vapores opaci, tenebrosi, & atri ab hypochondrijs elevati cum spiritibus animalibus permiscentur: ipsisque resolutis

vaporibus, caput infestantibus finis symptomatibus imponitur, donec alij novi generentur vapores: at verò quando prædicta signa per consensum ab hypochondrijs evidenter patent, dicitur affectus melancholicus hypochondriacus, legitimus & perpetuus.

Assidentia signa hunc morbum, & partem affectam indicantia, futurique imminentia sunt solitudinis desiderium, hi enim melancholici *taciturni sunt, excordes, mæsti, ad lachrymas proni, morosi, & caperatæ frontis: Talem fuisse Heraclitum existimat Theophrastus, & Bellerophontem, qui loca deserta planctu & lamentis implebat.* Quin in plerisque sunt imaginationes adeò distortæ, ac

Theophrastus

monſtruoſæ & nigromanticæ & diabolicæ, ut neſcias, quæ mala, & fictitia, & quæ joculariter non fingantur, imaginentur, & operentur: ferè enim ſemper laqueo ſe ſuſpendunt, ex alto præcipites cadunt, in puteos, & flumina proſilire, ac incidere coguntur, ut experimentis quotidianis conſtat, & ex Hippocrate libro de morbis virginum & ex Galeno 3. *de locis affectis cap.* 6. *de melancholicis* loquens. *Quoſdam etiam alieno admodum, atque extraneo videbis animo, utpote qui ſimul, & mortem metuant, & tamen mortem ſibi conciſcant.* Verba Hippocratis clariſſimè demonſtrant. *His autem ſic habentibus praeacuta quidem inflammatione inſaniunt, præ*

Hippocrates.

Galenus

putredine verò clamant; præ caliginositate autem timent, ac formidant, præ compositionis viro circa cor stragulationes parant, præ sanguinis autem malitia animus mœrens, ac anxius malum attrahit; sed & alium horribiliter compellit, & in puteos prosilire, ac incidere jubet & strangulari; &c aliqui seipsos perimunt ex Galeno *lib. de Melanchol.* &c. & Princeps Arabum Avicenna *lib.* 3. *fen* 5. *tract.* 4. *cap.* 19. inquit, *& quidam eorum sunt, qui rident, & quidam sunt, qui plorant; & quidam eorum sunt, qui deligant mortem, & quidam qui eam abhorrent.* Eosdem casus raros, & inaudita exempla diabolica & infernalia ut illa nigromantici hypochondriaci & apocryphi & condemnati *Avicenna.*

libri referunt Æginetą *lib.* 3. *cap.* 4. Aëtius *serm.* 2. *tetr.* 2. *cap.* 9. Joannes Schenchius titulo de melancholicis hypochondriacis.

Aëtius. *Ioannes Schenchius.*

Similiter melancholici hypochondriaci laborant diversis morbis, habent frequentem cogitationem, visum tristem, oculos concavos, ventriculi cruditatem, ructus acidos, & aliquando nidorosos, flatus, tensiones hypochondriorum, æstus, murmur ventris, & ipsius dolorem, frigiditatem ventriculi, cordis palpitationem, anxietudines, lipothymias ob cordis, & ventriculi molestiam à vaporibus acribus, adustis, & turbulentis ab hypochondrijs genitis, & per arterias in cor tendentibus,

aversionem delectationis, frequentem cogitationem, odium adversus stantes; & cùm tot sint, ac tantæ, támque diversæ, ac monstruosæ melancholicorum imaginationes, ut eas Trallianus *lib.* 1. *cap.* 16. citatus *infinitas, peregrinas, & multiplices nominare non vereatur, cùm inspicias hunc ridentem, illum plorantem, hunc mortem optantem, illum eam valdè pertimescentem, alium se vas fictile esse putantem, & jam episcopatum, & mitram possidentem, alium se gallum esse cantantem:* quæ omnia sunt indicia insanientium. *Trallianus.*

Sic etiam melancholici hypochondriaci varij semper, ac multiplicibus imaginationibus distrahuntur, & si multa ante

oculos ſunt ut medicinalia remedia animæ & corporis non advertunt, ſed eam & ejus miniſtros abhorrent, & non advertunt: deinde ſi adverſantur hæc, & etiam eos, qui maximè videntur eſſe ſalutares, & honorabiles, amici, & familiares, ut inquit Trallianus citatus *mæſtitia ab illis inſeparabilis eos inducit, ut odio proſequantur omnes quotquot viderint, & à quibus medicinam animæ & corporis accipiunt.* Quid mirum ut notat Galenus 3. *de locis affectis cap.*6. quod melancholici *taciturni ſint, & rerum familiarium conſpectum averſentur, tanquam alienum putantes ut ex Hippocrate conſtat*, epiſtola ad Philopemenon.

Trallianus. *Galenus* *Hippocrates.*

In affectione iſta hypochon-

driaca ſalivæ fluxus frequenter apparet, & ferè omnes judicant tantùm indicare cruditates in prima regione genitas, & quamvis verum ſit, majori ſpeculatione indiget hoc ſignum, & qua ratione, & indicatione fiat, in curatione oportet animadvertere: nam talis fluxus indicat obſtructiones notatu dignas majorum hypochondriorum; quia ſubjectum cruditatum, à quo fluxus ſalivæ gignitur, cùm per obſtructionem, ſive viarum impedimentum in ventriculo, hepate, liene, & venis meſaraicis ſuperari non poſſit, neque per inteſtina evacuare, neque per venas ad nutritionem, ipſummet in materiam aqueam convertitur,

& ſurſum in ventriculum, fauces, & linguam aſcendens, & in his partibus exiſtens continuus fluxus ſalivæ datur. Quod videtur explanare doctus Piſon *cap. de obſtructione hepatis, & lienis*, his verbis: *porrò fluxus ſalivæ frequenter has obſtructiones ſequitur, & maximè in melancholicis.*

Piſon.

Aliud ſignum melancholiæ hypochondriacæ eſt, præfandi ſcilicet humoris è corpore profluvium, & per ly præfandi humoris non ſunt intelligenda excrementa, ſeu humiditates per os, nares, & oculos excerni ſolitas, ſed intelligi debet ſemen genitale, ut ſentit doctus, & gravis Sigiſmundus Celenius in ſuis caſtigationibus ſuper Plinium,

Sigiſmundus

ubi hunc locum corrigens inquit, quod etsi in aliquibus impressionibus legatur *profundi humoris* : at verò vetus & sincera lectio est, *præfandi humoris* : sic enim Plinius, ait Sigismundus, more suo verecundo genitale semen circumloquitur, ac si dicat humoris nominandi cum præfatione honoris aurium : quo supposito, cuinam, inquam, morbo potest hoc signum convenire, nisi melancholiæ ? *Plinius.*

Constat autem nullum morbum reddere ægrotos libidinosos, salaces, aut ad venerem proclives, nisi melancholiam hypochondriacam, quia hypochondriaci & melancholici flatu abundant in veneréinque proni sunt, & cum nativa sorte,

hac de causa ex Arist. sect. 3. *illos melancholicos vocat superbos ex subjecti dispositione; quia flatibus abundant.* & Galenus inquit lib. de flatibus. *Superbus enim sese inflat, distendit, auget* & in Deuteronomio *tumentes superbia*: & illorum est tanta flatuum copia in ventre propter multitudinem pituitæ crassæ, ut tum flatu, motu, ac concussione corporis vehementi flatibus redundent, & in illos pituita vertatur, & res venerea ventrem refrigeret & siccet: fervor coeundi siccare nimirum potest, & crescere, & generare humorem melancholicum sibi similem.

Aristoteles. *Galenus* *Deuteronom.*

Quod suprà diximus ab omnibus autoribus in confesso est, utpote,

(utpote, quia omnes ferè Pra-ctici, vel inquirunt quare melancholici ſint luxurioſi; vel ſaltem ſupponunt) ſolummodo unum placet in medium proferre; quia ad rem, quam agimus, plurimùm conducit. Doctor ergo Illefonſus de ſanta Cruz, *tractatu de Melancholia, dialogo* 4. Quidquid audaciter, & inſolenter de hoc tanto vero, & ſummo, ac colendo ſacerdote, medicinæ Athlanti fortiſſimoque muro, & omnium Medicorum decore, & ornamento, ſcripſerit rabidus nigromanticus & hypochondriaticus, mordax, & autor damnatus Fienus, *ſua deteſtanda de animatione fœtus apologia*; hic inquam illuſtris, & eximius Doctor, quærit, quæ-

Santa Cruz.

Fienus.

nam ſit cauſa, ut plurimi melancholicorum proni ſint ad illecebras Veneris, & poſtquam cauſam tribuit, ſequentia refert: *& invenies aliquem ex iſtis ægris, qui huic rei ſic dediti ſunt, quòd niſi ſummo ſtudio & diligentia ſæpius diu noctúque illum requiſiveris, inanitum ac ferè mortuum animi deliquio; invenies continua pollutione ſuis propriis manibus irritata, & convocata, &c.* & poſtea refert, quod ſibi cum quodam melancholico hypochondriatico contigit proferens, *cum quidam melancholicus haberet ſecum uxorem in eodem cubiculo, ut illi miniſtraret neceſſaria, ſingulis ferè totius diei horis, & noctis uxorem in coitum invitabat, & illam coërcebat, quæ quidem*

præ metu assentiebatur, mihi autem illud propalare præ pudore nolebat. Exercitium hoc quindecim, aut sexdecim diebus duravit, & confirmatur ex Galeno, *lib. de Melanch.* plerique enim, in uxorem proniores evadunt: & cur libidinosi ex Hippocrate constat, *lib. de morb. vulg. com.* 3.

Idem etiam tripliciter observavi in melancholicorum varia, diversáque multiplicitate: inspice in hac materia,& argumento Nicolaum Nancelium Trachienum Noviodunensem in promptuario universi *lib.* 10. *cap.* 4. *fol.* 1493. Ludovicum Ælium Rodiginum *lib.* 9. *cap.* 12. Valeriolam *enarrat. medic. lib.* 6. *enarr.* 10. Ioannem Baptistam Pio *in annotationibus*

Nancelius.

Ælius.

cap. 64. Viduum Vidium Florentinum, *lib.* 10. *cap.* 3. *de complexu venereo*. Laurentium Beierlinch, *in Theatro magno vitæ humanæ, tom.* 5. *titulo de Melancholia*, & præcipuè Zacutum Lusitanum, qui de his & alijs quamplurima cumulavit, necnon Jasonem Prætensem Zyriceum *cap.* 18. *de Melancholia*.

Laurentius.

Zacutus Lusit.

Aliud signum in hypochondriaca, est vomitus qui deinde solet evenire, cum quo æger juvatur: apparet alvus astricta à siccitate humoris, in hypochondrijs redundantis, & procreantis siccitatem, & obstructionem; ob quam flatus qui hypochondria tendunt retinentur, & cum fæcibus permiscentur: unde evenit major

Aëtius.

inflatio, & compreſſio, à quibus ventris ſiccitas ducit originem. Datur etiam difficilis reſpiratio à compreſſione thoracis, & ſepti tranſverſi propter flatuum copiam, deinde dolor pectoris, laſſitudo corporis, vertigo; & alia quæ à Galeno dicta fuere, & ab **Aetio** *ſerm.*2.*cap.*9. apparet etiam urina in ſubſtantia, colore, & contento inconſtans: evenit ſitis à ſiccitate humoris, & copia vaporum per eſophagum, vel aſperam arteriam aſcendentium, & linguam, os, & palatum exſiccantium.

Galenus

CAPUT VII.

De aliis signis hypochondriacæ Melancholiæ sumptis ab actionibus, & accidentibus supervenientibus Melancholicis.

QUamvis curiosa & brevis digressio animum exhilarat & mentem recreat, scopum, & Achillem difficultatis assequi conemur, & proponamus ægritudinem Democriti quæ secundùm Abderitarum opinionem fuit Melancholia, vel insania, quod colligitur manifestè in primis; quia Democritus sapientissimus erat, & Abderitæ illum appellitabant corpus sapientiæ; attamen præ studio delirus, & insanus

illis putabatur; & præterquam quod in titulo epiſtolarum,in earum argumento ſcribitur: *de Democriti inſania*, Abderitæ ad Hippocratem epiſtolas mittunt, *& impensè rogant, ut quàm citò & breviter ſe itineri accingat, auxiliares manus Democrito allaturus.* Sed *quem morbum patitur Democritus, ô Abderitæ?* reſpondent ipſi. *Hic*, id eſt, *Democritus, & nos* etiam poſſumus dicere *Hypochondriacus Nigromanticus præ multo, quod detinet ipſum ſtudio ægrotat, ut timor ſit, ſi Democritus hypochondriacus mente motus fuerit, revera urbem noſtram Abderitarum peſſum ituram eſſe.* Et ſic exiſtimantes Abderitæ Democritum morbo affici, vocantes Hippocratem ex loco infer-

nali, ubi posuit illum Nigromanticus, ipsi curationem adhibere potest: inquiunt enim *ægrotare præ nimio studio, quod habet*, & colligitur ex subsequentibus, cùm aiunt. *Vt metus sit, si Democritus mente motus fuerit*: & quod idem est ac affirmare, Democritus præ multa scientia afficitur, & *vel habet insaniam, vel saltem illam timemus*. Et Hieronymus Mercurialis præclarissimus autor in annotationibus super epistolas Hippocratis *num*.7. judicat Democritum ab Abderitis melancholicum hypochondriacum insanumque existimatum esse. Et in eadem epistola postquam multa scripserunt, quæ Democritus factitabat, inquiunt, *corpus unà cum*

Mercurialis.

mente corrumpens vivit : ubi mentem corrumpens idem eſt ac inſanus; quia ferox reſponſio in homine mœſto, mente laborare ſignificat.

Et ulteriùs in eadem epiſtola, ſicut Plinius utens Apoſtrophe, humanam miſeriam deploravit : ſimiliter Abderitæ Apoſtrophe etiam utentes in hæc verba valdè notanda prorumpunt, ut Plato *in dialogo, Axiochus*, olim ſic lamentabatur, ubi inquit: *quæ pars vitæ calamitatibus vacat? nonne ſtatim à principio plorat, ut primum natus eſt, infans, vitámque à lachrymis auſpicatur? quæ non premit cum moleſtia? ſemper enim vel penuria, vel frigore, vel calore urgetur: Hinc jam fallens ſurrepit ſenectus, in (quam) confluit,* *Plato.*

quidquid est infirmum, fragileque naturæ, & nisi quis vitam velut æs alienum reddiderit, adstans supra caput natura tanquam fæneraria reposcit usuram; ab alio quidem visum, auditum ab alio, persæpe utrumque; ac si quis diutius cunctetur, eum excruciat, membrisque destituit; alij itaque multa senectute repuerascunt, animóque bis pueri fiunt senes.
Hoc cecinit Lucretius:

Tum porrò puer, ut sævis projectus ab undis
Navita, nudus humi jacet infans, indigus omni
Vitali auxilio,
Vagituque locum lugubri complet, ut æquum est,
Cui tantùm in vita restet transire malorum.

Et Hesiodus:

Nocte dieque homines miseros invadere, nunquam Hesiodus.
Exangues cessant morbi, mala multa ferentes;
Et taciti adveniunt.

Virgilius:

Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi,
Prima fugit, subeunt morbi, tristisque senectus.

Et dum educatur homo inutilis, & alienum auxilium implorat; dum crescit protervus insipiens, dum in vigorem audax, dum crescit etiam miserabilis.

Et sic dicunt Abderitæ: Heu ut etiam bona redundantia morbi existant! Quantum enim Democritus ad suam scientiam generosè pervenit, tantum nunc pariter pericli-

tatur, ne mentis ſtupore, & ſtoliditate affligatur, quaſi dicerent: *Heu quàm miſera, & caduca eſt noſtra natura, &c. Quandoquidem adhuc ex bonis, ſeu bonorum redundantia qualis eſt ſcientia, morbi cauſantur.*

Epiſtolam concludunt Abderitæ loquentes. *Veni, ô Hippocrates, adferens morbi medelas. Nunc terra radicibus, & herbis, & auxiliaribus floribus, inſaniæque medicamentis fœcunda eſt, fermè igitur nunquam fertilius producent, neque terra, neque montium cacumina, quàm nunc proferrent ea, quæ pertinent ad Democriti ſanitatem.* Ut hinc etiam clarè percipiatur, Democritum in Abderitarum opinione ægrotum eſſe, quandoquidem tanto conatu, & vehementi

hementi ſolicitudine ſalutem ejus procurabant ; & hanc ægritudinem fuiſſe inſaniam, ſeu melancholiam hypochondriacam morbum , ut illam Necromantici hypochondriaci autoris damnati: quam ægritudinem colligebant, & nos colligimus, ob aſſiduum in literarum prælio laborem ipſius; putabant enim, & nos judicamus ſcientiam illam Necromanticam, & diabolicam jam tranſgredi ſanitatis limites, & legibus morbi ſubjici, quando typis mandabat libellos apocryphos,& contrarios bonis,& catholicis moribus.

Præterea Hippocrates ex relatione ægritudinis ab Abderitis tranſmiſſa, ſe itineri daturus, ſcribit ad Cratevam in- *Hippocrates.*

fignem herbarium, ut fibi herbas condonet, melancholiæ hypochondriacæ competentes, quale eft helleborum, feu veratrum. Et ait: *ægrotare ipſum dicunt, & purgatione valdè opus habere, ut qui inſania ſit correptus & tandem, ut quàm citiſſimè ipſas remitteret*: fic Necromanticus facere nunc poteft, quem ad inferos finxit in fuo libello damnato, defcédiffe ac animas Hippocratis & Galeni confpexiffe & ab illis petere fibi curationem infirmitatis ipfius. Cæterum *ſtatim, dicunt, nobis hæc mittito; nam & tempus anni congruum eſt, & neceſſitas dictæ inſaniæ urget.* Et fcribens Philopæmeni amico, rationem, & caufam itineris referens, ait, *ſe velle iter facere*

ad Abderitas ad medicamenta Democrito adhibenda, qui melancholia ægrotabat, & ſubdit: *contingunt talia plerumque atra bile percitis (id eſt, melancholicis hypochondriacis:) taciturni enim aliquando ſunt & ſolitarij, ac deſerti amantes, & rerum familiarium conſpectum, medicos, & medicinam, à Deo creatam averſantur, alienum & minimè neceſſarium putantes, & imprudenter judicantes.*

Tandem cùm jam Hippocrates ad Abderitas veniſſet, & coram ipſis & necromantico, divinatori per mortuorum corpora, ſcilicet Democrito, eſſet; inſpicientes illi hypochondriaci & melancholici actiones, fictiones diabolicas, & necromanticas & libellos

damnatos ipsius esse *quasi delirantis*, loquuntur unanimiter omnes, non solùm Medici & Philosophi doctissimi; sed etiam omnes litterarum, ac bonarum artium professores, hæc: *Vides-ne Hippocrates, & tu* Galenus *magnus medicinæ Oceanus Galenus, quo modo insanit Necromanticus Hypochondriacus, & neque quod vult, novit, neque quod facit?* Et Democritus ait Hippocrati: *supplicium est pœna peccati propter ea, quæ de te, & Galeno malè finxi, animam meam ex arbore pendentem simul cum corpore, serpentésque illam circumdantes, vel columnæ æreæ, vinculis adstrictam, stridentémque meruisse. Quia talia de Dijs medicæ artis & de Principibus medicinæ, dixi.* Quia olim Me-

dicos, quaſi mortales deos, & creditos & habitos fuiſſe, quòd mortalibus hominibus vitam & ſanitatem impartirentur, notum eſt. Quia omnium habere memoriam, & in nihilo errare Divinitatis potiùs, quàm humanitatis eſt. Dicunt Juriſperiti *lege* 2. *Cod. de vit. jur. enucleando.* Et Plato dialog. 5. de legibus; *Quæ neceſſaria ſunt turpe eſt neſcire, ſed exquiſitè cuncta perquirere, nec facile, nec ſemper poßibile: ſolùm Hippocrati & Galeno fuere conceſſa à Deo optimo maximo, generis humani creatore, & miſeratore*: & in epiſtola ſequenti inquiunt Abderitæ: *acceßiſti ad nos veluti inſanos, ô Hippocrates, veratrum nobis daturus, perſuaſus à viris ſtolidis, apud quos labor, & li-* *Juriſperiti.*

bellus necromanticus, utilis, & dulcis judicatur.

CAPUT VIII.

De signis sumptis ab Hepate, liene, ventriculo, & aliis partibus hypochondriacæ Melancholiæ.

DEsumuntur signa ab hepate, liene & ventriculo, ex situ partis, proprietate doloris, & accidentia uniuscujusque, verbi gratia: si hepar afficitur, in dextro hypochondrio, tensio, dolor, & inflatio apparet, & hepatis & cordis calidam intemperiem citissimè ex manuum vola cognoscunt Medici, ut manibus scabiem ex hepatis calore immodico, quia melancholicos nul-

là alia causa neque infirmitas afficit, quàm calor immodicus & siccitas immoderata in gradibus intensis habitualis, & accensus in cerebro sicuti hecticus, & hac ratione curandus est hypochondriacus & maniacus in cerebro, & hecticus curandus in corde secundùm Aristotelem qui inquit, illos qui habent immoderatum calorem in cerebro, consumptos esse infirmitatibus insanientium, quia *hepar calidum melancholiam generat, & tristitia febres accendit*, ut Galenus docet 1. *de sanitat. tuend. capit.* 8. *&* 1. *de different. febr. cap.* 3. Ergo & sanguinem adurere melancholiámque Hypochondriacam poterit generare. Galenus

Signa ab liene & ventriculo desumuntur ex situ partis in sinistro latere, in quo hypochondrio arteriæ vehementer pulsant, ut docet Fernelius 1. *de partib. morb. cap.* 2. Si in ventriculo ipsemet lapsum indicat, & frequenter in hoc morbo labefactatur ructibus, doloribus, palpitationibus, & imminutis coctionibus: ex quibus affectis partibus, germinatur mutatio coloris per resolutionem, & spirituum retrocessum ad interiora: deinde cachexia à generatione sanguinis depravata, & atrophia, & universalis consumptio, ob nutritionis defectum; quod probatur ex Hippocrate lib. de locis in homin. & 2. de facult. nat. cap. ultimo, & lib. de

Fernelius.

Hippocrates.

aëre, aquis, & locis. *Quibus corpus floret, his lien imminuitur, & quibus lien effloreſcit, his totum corpus contabeſcit:* Idem de ventriculo judica: in quo datur imbecillitas, & cruditas, unde evenit coctionis læſio, nutritionis defectus, atrophia, ſiccitas, ſingultus, & vomitus.

A meſenterio ſigna pancreis, & omento, à quibus ferè omnes hypochondriacæ affectiones proveniunt, ut notat Riolanus *lib.* 2. *cap.*16. ſunt fluxus ventris chyloſus, tenſio, flatus, & durities in tota ventris regione: apparet enim palpitatio, & dolor circa umbilicum, de quibus ſignis locutus fuit Hippocrates 2. prorrhet. ſent. 5. *Dolores palpitantes cir-*

Riolanus.

Hippocrates.

ca umbilicum, insaniam præsagire.

Melancholia etiam laborant gracilis corporis habitus niger, hirsutus & ex toto melancholicus vel natura, vel etiam ex acquisito per solicitudines quasdam aut vigilias, aut pravorum ciborum, ut immoderati, & immodici, nicotianæ, vini, & chocolati abusus, & ciborum esus, aut ob hemorrhoïdum, aut menstruorum suppressionem. Atqui ex præcordiis melancholici existunt, ut testantur cruditates, acidi ructus, ardor & ipsorum gravitas, tum quod præcordia sursum convellantur, interim etiam inflammatione conflictentur ex piperatorum eduliorum assiduo esu, ac con-

tinuo labore, jecinore inde calidiſſimam contrahenti intemperantiam, maximam bilioſi humoris copiam coacervari ac progigni à melle, ſaccaro, & chocolate, & vino, & aliis alimentis ſimilibus, quia in bilem convertuntur: nam ſicut acetoſitas ipſam bilem reprimit, & ejus vim infringit, ita quidem dulcedo omnis, quæ illi contraria eſt, ipſam apertè adauget: quoniam contrariorum contrarij ſunt effectus, quia res dulces, & bilioſæ temperaturæ ad melancholicum ſuccum generandum ſunt aptiſſimæ, & ad obſtructiones.

Quotidianus etiam uſus docet: Quartanarij enim omnium copioſiſſimè ſudant, ac meiunt,

& melancholici ferè omnes ſunt ſputatores; quinimo inter ſigna hypochondriaca hoc quaſi præcipuum refert Galenus ex Diocle 3. *de locis affectis*, & ſentitur etiam dolor circa dorſum, murmur ventris, ructus, nonnunquam febris, & extenuatio univerſalis, eò quòd ex meſenterij obſtructione, hepar ad ſanguinis generationem materia privatur, & ob alimenti, & humidi nutrimentalis privationem, partes corporis extenuantur, qua doctrina exponitur locus Averroes Cordubenſis: *ſæpè venas meſeraicas propter ſiccitatem uſque adeo coarctari, & occludi, ut chylus à ventriculo nequaquam tranſeat in reliquum corpus, atque ita membra*

Galenus

Averroes Cordubenſis

bra extenuentur. Idem intellige de omento & Pancreis, ex Plateario, Donel. & Andr. Pigel. *lib. 6. de fabrica corporis humani.* **Platearius.** **Andr. Pigel.**

Ructus nidorosus ex calore immodico fit, sicuti acidus ex frigore, ut docet Galen. 6. epidem. part. 4. com. 25. & 2. de aliment. facult. cap. 6. Et sic quando datur ventris inflatio, provenit propter flatus qui tormina excitant ipsâ cruditate eos distendente, & faciente acrimoniam, & Hypochondriaci cognoscuntur non solùm ex metu, & tristitia, sed rugitu etiam, & flatu intestinorum, ventriculique aciditate, & multa oris saliva, ac humiditate, & ex defectu somni, & crebris imaginationibus rerum **Galenus**

moleſtantium, quæ omnia quantùm interſit illicò, cùm ad ægrotantem acceſſeris, ac incipientis morbi ſpeciem certò ſcire, infinitis propemodum locis expoſitum à Galeno comperimus. Et Poëta inquit: *non intellecti, non eſt curatio morbi: & principium eſt pluſquàm dimidium totius.*

Galenus *Poëta.*

Prædicta ſigna nonnunquam in majori, vel minori numero, pro humorum natura, & varietate apparent ex Alexandro *lib. de Melancholia, cap.* 16. eſt tamen notandum nequaquam de eſſentia hypochondriacæ eſſe, dolorem, tumorem, tenſionem, & duritiem in hypochondrijs tactu, & oculis percipere: quia fomes hujus affectus ſolet eſſe in

Alexander.

ramis venæ portæ, & arterijs, & partibus his propinquis, à quibus vapores humoris melancholici ad ventriculum, cor, & cerebrum transmittuntur; quæ differentia est valdè perniciosa, & absque obstructione, ob pravitatem, & malignam humoris qualitatem: & robur virtutis non solùm cognoscetur pulsu, sed conjecturis, quia ars nostra conjecturalis est, & in sanguinis missione vitalem spiritum esse præcipuè attendendum ex Galeno cap. 12. de sanguinis missione; *& ex vino gignuntur affectiones istæ sanguineæ, & potatores magnam copiam sanguinis habent*, & linguam velocem ferè semper, sed & balbe, & exili voce loquuntur ex Galeno, *lib. de* *Galenus*

melancholia, & ex Rufo, & Posid. & melancholicorum, & phreneticorum proprium est cooperiri, *lib. 3. de morbis vulg. com. 3.*

CAPUT IX.

De melancholiæ hypochondriacæ causis.

Causarum cognitio tam est medico necessaria, ut sine ea medicus non sit: Quare Poëtæ dixerunt, *felix qui potuit rerum cognoscere causas*, quare ad morborum curationem, eorum cognitionem, & præcautionem, causarum notio magni momenti est: nam ex diversis causis, diversæ morborum differentiæ in lucem

eduntur, ut morbus calidus à causis calidis, & frigidus à frigidis, &c. Quia ex Aristotele, & Galeno 5. de different. symptomat. cap. 1. *Causa est illa, quæ suapte natura inducere potest ei, quod fit, aliquam sui generationis partem.* Quam ob rem peritus Medicus in curationis initio, tria animadvertere tenetur, morbum videlicet, ejus causam, & symptoma. *Aristoteles.*

Morborum omnium causæ, sub quatuor differentiis comprehenduntur, scilicet, sub procatarcticis, sub antecedentibus, sub conjunctis, & continentibus, de quibus in nostra affectione, seorsim hoc capite certandum erit. Procatarcticæ, aut externæ, quæ extrinsecè advenientes vehementer cor-

pus afficiunt, ſunt omnes res non-naturales, ut aër ambiens calidus, aut ſiccus, vel frigidus immodicè, aut ſiccus, vel frigidus, aut ſiccus & aër craſſus, fœtidus, & nebuloſus, caliginoſus à quibus per reſpirationis attractionem ſpiritus inquinantur, erúntque melancholicis, & hypochondriacis infeſtiſſimi; quia aër eſt, ut diximus, ſine quo nec ſalus cuſtodiri, nec morbus profligari poteſt. Unde domi ſervandus eſt ægrotus, quando hyemis tempore, præſertim matutino, & veſpertino, caligines obverſarint, & pari ratione fugere debent auſtrinos ventos, ſi quidem hi ſpiritus caliginoſos reddunt, eò quod caput replere apti ſunt ex *com.* 5. *lib.* 3. *aphoriſm.*

Hippocrates.

Potus intempestivus, frigidus, immoderatus & immodicus sive sit vini, chocolati, fugiendus, præsertim tempore æstivo, & in regionibus, & in corporibus calidissimam regionem incolentibus, quia in illis humor acris, torridus, exassatus gignitur præsertim in temperaturis calidissimis, aptissimis ad melancholicum succum generandum, quia in illis effectus à posteriori fiunt, ut scabies, lepra, & aliæ cutaneæ exulcerationes, quæ à sanguine præassato emergunt. Potus sit aqua fontana optima, vel radice scorzoneræ, vel radicis chinæ, condrylæ, vel buglossi, aut borraginis incocta, & fugiant ab aquis immundis, crassis, insipidis, &

ſalſis. Et caveant à vino nigro, craſſo, auſtero, niſi ſit defæcatum à rebus pravis, ſcilicet, calce, gypſo, & terris nocivis; ſint autem vina perlucida, vulgò *clarete*, non verò vina generoſa, cùm ipſi hypochondriaci fateantur apertiſſimè ardorem, ac incendium perſentire ab ejus potu quamtumvis diluto, & ab hoc hypochondria nervoſa redditur ab ejus potu, etiamſi in exigua quantitate potatum.

Sed quamvis pro recreandis, aut augendis ſpiritibus ſit vinum accommodatiſſimum, cùm citam præbeat refectionem, alit enim celerrimè, ut *Galenus* ait Galenus cum Hippocrate 2. *aphor.* 18. At quatenus caput replet, deſtillationeſque mo-

vet, læſurum non parùm, exiſtimo; & viſui quodammodo officere inſinuavit Alexander in lib. 2. problem. 52. *Quatenus aquæ potatores acutiùs videre tradit*: tamen ob aliquod accidens quod animi defectionem inducat, panem, aut biſcoctum vino immoratum mediocri exhibere conveniet, diluto tamen aliqua ex prædictis aquis; ſi tamen immodicus ſit ejus uſus. Quamvis *vinum lætificet Deum, & homines*, juxta illud Judicum 9. & alibi Eccleſiaſt. 40. *Vinum & muſica lætificant cor*: Verum eſt: *Vinum veram ſapientiam obumbrat*, juxta illud Eccleſiaſt. 19. *Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes*; *modicè verò ſumptum curas animi tollit, triſtitiæ curam*

Alexãder.

Lib. Iudicum.

Eccleſiaſt.

hebetat, ventriculum fovet, flatus discutit, & somnum conciliat. Et cum tollat curas, & furórem, est accommodatum somno, & securitatibus, quæ duo necessaria sunt pro melancholicis hypochondriacis curandis: Quia perpetuò ipsi vigilia, & timoribus vexantur, ut scripserat Plinius, & Galenus

Plinius. 4. *de sanitate tuenda*, *cap*.4. ubi ait, *Vini moderatam potionem soporiferam esse:* & lib.quod animi moribus corp. tempor.cap. 3. *Tristitiam, & mærorem vinum sobriè bibitum alleviat omnem.*

Zeno. Et insignis ille Zeno Philosophus referebat: *sunt supini, amari crebra aquarum aspergine macerati dulcescunt; sic animus vino irrigatus mitescit.*

Ex quibus dictis resultat, ut

vino melancholia hypochondriaca obumbretur; id eſt, ejus accidentia, curæ ſcilicet, vigiliæ, timores, metus, ac mœſtitia mitiora reddantur, inducto ſcilicet ſomno, lætitia, & ſecuritate, quibus vinum idoneum, & commodum eſſe ſcripſit Plinius, & multò plura deſcripſit, & ad longum narravit Pamphilus Herilacus Reatinus, *lib. de aquarum & vinorum natura, & facultatibus*, *cap.* 1. 2. 3. & 4. Cibus enim eundem ſequens tenorem cum potu prædictam affectionem exercet, ut carnis craſſæ, bovinæ, ſuillæ, leporinæ, cervinæ, & omne aquatilium animalium genus; quia Galenus *lib.* 1. *ad Glauconem*, inquit, quartanarum curationem tra-

Plinius.

Pamphilus.

Galenus

dens: *Arcendi ſunt ægroti, à carnibus porcorum, atque ab omnibus eduliis, quæ tenacia ſunt, & tardum habent exitum:* Quibus manifeſtè in morbis in quibus atra bilis cauſa eſt materialis, carnes ſuillas prohibet, tum quia tenaces, tum & quia tardum habeant exitum, ut tandem pateat, quàm à ratione ſit alienum pro melancholiæ hypochondriacæ medela carnes ita lentas, ac craſſas præſcribere, quales ſuillæ, agninæque ſunt.

Sit itaque victus ratio non ex lentis, craſſis, duriſque alimentis, qualia legumina ſunt, magni piſces, & carnes antiquæ, ſed contra ex his, quæ corpori bonum præbeant alimentum, nec difficulter coquantur

quantur. Et fugiat ab oleribus, & aliis, ut lentes, favæ, melogenæ, vel mala insana, à quibus multæ in ventriculo generantur cruditates; nam crassa alimenta, flatulenta, viscida, & coctionis difficilis sunt: & idem intellige de fructibus glutinosis, acetosis, acribus, & recentibus, ut moræ, & omne cucumeris genus, quæ alimentorum varietas, materiam ad generationem humoris melancholici præbet: at verò hæc, cibi, potus & aëris differentiæ, passionis hypochondriacæ, & omnium morborum, universales causæ dicuntur, ut dilucidatur ab Hippocrate lib. de flatibus *morborum causas in universum esse duas, victus nimirum ratio-* *Hippocrates.*

nem, & aëris inspirationem.

Si verò ægroti, natura sicci, graciléſque ſint, ac calidi, aves prædictæ, ac reliquæ carnes commodis herbis, aut oleribus humectantibus, ac refrigerantibus modicè elixentur, velut borragine, buglosso, interdum lactuca, endivia, saturia, aut chicorio. Quin & aves licebit ordeo cocto in lacte, aut aqua enutriri ut reficiant magis, ac humectent corpus exiccatum. In ea tamen quantitate diſpenſentur alimenta, ut benè à ventriculo ſuperentur, nec cruditates generentur: unde licebit, velut fieri par eſt, ubi vires imbecilles ſunt, non modò ſemel aut bis alimenta offerre, ſed & ter, aut quater, tamen partitâ quanti-

tate, ut alterentur meliùs in corporis alimoniam.

Sunt enim causæ non naturales hujus morbi, somnus & vigilia: nam si ab his naturalis series non custoditur, sequentur cruditas, obstructio, inflammatio, & resolutio, & maximè in somno meridiano, repletâ parte superiori ventriculi, quod docet Galenus 2. *aphor. comm.* 22. & Hippocrates 3. aphorism. 3. *Causat enim febres somnus meridianus, multiplicat enim humiditates, & rheumata, & splenem obstruit, & corpus pigrum reddit.* De somno verò, ac vigilia, motu, ac quiete, non multùm referam, cùm planum sit quietem magis convenire calidis naturis, ut consuluit Hippocrates; quam-

Galenus

Hippocrates.

Hippocrates.

vis aliis temperamentis conveniat; quia exercitium eſt humanæ vitæ conſervatio, caloris naturalis excitatio, naturæ dormientis ſtimulatio, ſuperfluorum conſumptio, membrorum conſolidatio, fuga morborum, medicina languorum, temporis lucrum, juventutis debitum, ſenectutis gaudium, ſalutis adjutorium, deſtructio omnium morborum, otij inimicum.

Calidæ enim naturæ utantur loco exercitij levioribus frictionibus, quæ & modicè digerant excrementa, ac corpus impinguent: Mollis enim frictio corpus impinguat, ſicut fortis indurat ex eodem Hippocrate; ſimiliter ſomnus magis eſt eligendus, ubi mor-

Hippocrates.

bus vigilias invehit, æger jam sæpius defatigatus est eisdem, reparetur ergo vigilia somno, ut ait Galenus, *citato loco.* *Galenus*

De situ corporis servando in somno, sententia est Oribasij, quam ex Antillo refert, decubitus eorum, quibus caput laborat, in sublime vergere. *Oribasius.* Aëtius quoque hunc sublimiorem capitis situm in ijs solùm commendavit, qui ventriculi imbecillitate premuntur, ut sic meliùs veluti erecto corpore, cibus in fundo ventriculi contineatur: obstat tamen his Avicenna fen 5. lib. 3. tract.1. c. ultimo, *qui capite demisso, declivique pulvinari somnum consuluit*, juxta veriorem lectionem, quam insequuntur *Aëtius.* *Avicenna.*

Gentilis Jacobus in Avicenn. Gentilis, *Matth. Gradus.* Gradus *in* 9. *ad Almanſorem*, *cap. de Catarrho*, & poſt eos Hieronymus Accotrembonius, *in quodam de catarrho, libello*, dimiſſa antiquiori altera, quæ cum elevatione capitis, elevato pulvinare referebat, imo & hanc tamquam communem omnium errorem ſe detegere *Mercurialis.* Mercurialis affirmat: credebant enim capite altiori dormientes, minus deſtillationibus tentari, at Mercurialis contrarium evenire contendit ratione, & doctrina Ariſtotelis, *Ariſtoteles.* *ex lib.* 10. *problem.* ubi quærit, cur unus homo cæterorum animalium maximè ſternutet, & conſequenter deſtillationibus laboret: Quod factum exiſtimat, *quia ſublimiori figura ma-*

gis ab inferioribus recipit caput, non sic decliui, aut æquo toti corpori situ.

Julius enim Gustavinus Genuensis Medicus, ille qui in decem Aristotelis problemata anteà commentarios edidit, hoc quæsitum tradit, *in quodam de Medicina selectorum locorum libro*, &c. Mercurialem notat, quòd novum à se inventum existimet, cùm ab aliis priùs fuerit explicatum ab his scilicet, qui lectionem Avicennæ veriorem contenderunt, secundùm quam demisso capite, & declivi pulvinari dormiendum exponit. Utcumque tamen sit, decubitus in somno, ut sic dubio solutionem demus, varius esse debet in ægrotantibus pro *Iulius.* *Cap. 8.*

morborum quibus premuntur diversitate; siquidem cuique morbo suus peculiaris, ac utilis est dormiendi situs: aliter verò in sanis. *Ubi quis ventriculi imbecillitate laborat, dormiat, ut præcipit Aëtius, capite in sublimius tendente, ut sic cibi melius à ventriculi fundo amplexentur, corpore veluti erecto. Si spirandi difficultas urgeat, sublime in lecto caput habendum esse*, Celsus præcipit *in lib.*4.*cap.*4. Imo ita faciendum accidens necessariò cogit.

Aëtius.

Celsus.

Similiter etiam in sanis quod in sublimius vergat, est Oribasij sententia: in reliquis verò morbis, in quibus à toto corpore, & à partibus præsertim inferioribus caput consentit, & recipere paratum est, Avi-

Oribasius.

cennæ ſententia, juxta veriorem interpretationem, eſt ſervanda: *ut caput minimè ſit elevatum, ſed potius in declivem inclinet locum ſuppoſito pulvinare, declivi figura.* Sic ergo in deſtillationibus, in capitis dolore, in phrenitide, lethargo, & omnibus aliis, quos conſenſu quodam caput recipit, obſervandum venit: unde patet figura ægrotantibus hypochondriacis, necromanticis, maniacis & melancholicis, de quibus pertractatur conveniens in ſomno: nam cum caput nimis ſit illis imbecillum, ac ab Hypochondriis & toto corpore recipere ſit diſpoſitum, ejuſdem capitis ſitu declivi dormiant, aut ſaltem toti corpori æquo, ne qui per ſom-

Avicenna.

num multiplicantur vapores, ita facillimè in illud irruant.

Tandem cum animi paſſiones ita celeriter, ac multùm corpus immutent, debito modo ſunt regulandæ ac commenſurandæ. Cùm præſertim ipſæ occaſiones, ſive externæ cauſæ fuerunt, quæ corporis diſpoſitas materias ad hoc accidens impulerunt. Vitentur ergo ſummoperè metus, & mœſtitia, quæ melancholicas hypochondriacas, maniacas & necromanticas, & diabolicas paſſiones & fovent, & augent: imò & per ſe ubi perſeverent, eas procreare ſolent, ex Hippocrate: *ſitque medico curæ, ne nuntij triſtes ad ægrotos perferantur, neve quis coram ipſis de rebus triſtibus, & quæ motus tur-*

Hippocrates.

bidos nobis afferre solent sermonem instituant; sed de rebus jucundis, & animum oblectantibus, prout optimè propositum est à Galeno ex Hippocrate *lib.6. de morbis vulgar. com.8. text. 4.* & in summa crapula vitanda omnino est, ebrietas, venus, & reliqua, quæ possunt caput defatigare, & aër præsertim fœtidus, & crassus; quia sub illo nec salus custodiri, nec morbus profligari potest. Quare Hippocrates, inquit, mortalibus vitæ, & morborum ægrotis solus is est autor. Vitent ergo assiduas lectiones scribæ, secretarij & computatores, & similes homines, & omnes hujus ministerij, & occupationis cogitationes, & curas: in cibo denique præsertim in cena, Galenus

ijs bona victus ratio dispen-
sanda est.

CAPUT X.

De aliis causis melancholiæ hypochondriacæ.

Plinius. SUnt etiam aliquæ herbæ inquit Plinius, *lib.*24.*cap.*17 & peculiares plantæ, quæ melancholicam hypochondriacam, & insaniam inducere possunt: ophiusam in Elephantino Æthiopiæ epotam terrorem, minásque serpentum incutere, ita ut mortem sibi eo metu potantes conciscant quæ sanè sunt melancholiæ hypochondriacæ accidentia ut vidimus. Similiter lib. 21

Idem. cap.14. refert *esse quoddam ge-*
nu-

nus mellis insaniam inducens, contractum, ut existimant, ex flore Rhododendri, quo scatent sylvæ; narrat etiam lib.14. cap. 17. *Esse herbam Achæmenidon in Tardistilis Indiæ nascentem, qua comesta variæ fiunt imaginationes, & fictiones.* Aliámque nasci *in Babylone, & Susis Persidis, qua devorata divinatores fiunt: quod etiam est melancholiæ accidens.* Et cerebrum læsum, & spiritus corruptus in cerebro mortem inducunt ex Hippocrate *lib.6. de morbis vulgaribus*; in Africa nasci aliam herbam speciei cannabis, quam si comedant variæ imaginationes lætitiæ & visiones, & gaudia locorumque spatia imaginantur videre. *In Bactris nasci aliam herbam, quam si devorent,*

variæ obverſantur ſpecies ſeu imagines, ſemperque rident, quod etiam melancholicum eſt ſignum; & tandem herbam Thalaſſeglen circa Indum amnem

Plinius. inveniri, *Qua epota lymphantur homines obverſantibus miraculis, id eſt, inſania corripiuntur.* Sic enim ſynonymis utens dixit lib. 25. cap. 5. *Helleborum mederi melancholicis, inſanientibus, lymphaticis*, &c. Quare igitur non credamus tales Indiæ homines ſimilibus herbis, & plantis forſan aliquando veſci, & inſania, ſeu melancholia apprehenſos voluntariâ morte vitam finire? Inſpice, & perlege in hoc argumento

Nardus Antonius. Nardum Antonium Recho, Medicum toto orbe terrarum celeberrimum, *in ſuo rerum*

medicarum novæ Hispaniæ thesauro, *lib.* 8. *cap.* 8. *fol.* 278. & præclarissimum Hieronymum Mercurial. *in adnot.epist.Hippocrat. n.* 5. *Mecurrialis.*

Deinceps se offert inter causas, labor, & quies; quia ex immoderato labore partes corporis calore afficiuntur, debilitantur, & resolvuntur. Nam per laborem, & vigiliam plurimùm cum spirituum resolutione calidi innati dissipatur; unde refrigerata, & intemperata præcordia, humores dispositos ad melancholiam hypochondriacam generant: secus enim à quiete, cruciatus evenit, quia datur otium, à quo cruditates & obstructiones generantur: eandem rationem observa, in

Gentilis Jacobus in Avicenn. Gentilis, *Matth. Gradus.* Gradus *in 9. ad Almanſorem*, *cap. de Catarrho*, & poſt eos Hieronymus Accotrembonius, *in quodam de catarrho, libello*, dimiſſa antiquiori altera, quæ cum elevatione capitis, elevato pulvinare referebat, imo & hanc tamquam communem omnium errorem ſe deregere *Mercurialis.* Mercurialis affirmat: credebant enim capite altiori dormientes, minus deſtillationibus tentari, at Mercurialis contrarium evenire contendit ratione, & doctrina Ariſtotelis, *Ariſtoteles.* *ex lib.* 10. *problem.* ubi quærit, cur unus homo cæterorum animalium maximè ſternutet, & conſequenter deſtillationibus laboret: Quod factum exiſtimat, *quia ſublimiori figura ma-*

gis ab inferioribus recipit caput, non sic decliui, aut æquo toti corpori situ.

Julius enim Gustavinus Genuensis Medicus, ille qui in decem Aristotelis problemata anteà commentarios edidit, hoc quæsitum tradit, *in quodam de Medicina selectorum locorum libro*, &c. Mercurialem notat, quòd novum à se inventum existimet, cùm ab aliis priùs fuerit explicatum ab his scilicet, qui lectionem Avicennæ veriorem contenderunt, secundùm quam demisso capite, & declivi pulvinari dormiendum exponit. Utcumque tamen sit, decubitus in somno, ut sic dubio solutionem demus, varius esse debet in ægrotantibus pro

Iulius. *Cap. 8.*

morborum quibus premuntur diversitate; siquidem cuique morbo suus peculiaris, ac utilis est dormiendi situs: aliter verò in sanis. *Ubi quis ventriculi* Aëtius. *imbecillitate laborat, dormiat, ut præcipit Aëtius, capite in sublimius tendente, ut sic cibi melius à ventriculi fundo amplexentur, corpore veluti erecto. Si spirandi difficultas urgeat, sublime in lecto* Celsus. *caput habendum esse*, Celsus præcipit *in lib.4.cap.4.* Imo ita faciendum accidens necessariò cogit.

Similiter etiam in sanis quod Oribasius. in sublimius vergat, est Oribasij sententia: in reliquis verò morbis, in quibus à toto corpore, & à partibus præsertim inferioribus caput consentit, & recipere paratum est, Avi-

cennæ ſententia, juxta veriorem interpretationem, eſt ſervanda: *ut caput minimè ſit elevatum, ſed potius in declivem inclinet locum ſuppoſito pulvinare, declivi figura.* Sic ergo in deſtillationibus, in capitis dolore, in phrenitide, lethargo, & omnibus aliis, quos conſenſu quodam caput recipit, obſervandum venit: unde patet figura ægrotantibus hypochondriacis, necromanticis, maniacis & melancholicis, de quibus pertractatur conveniens in ſomno: nam cum caput nimis ſit illis imbecillum, ac ab Hypochondriis & toto corpore recipere ſit diſpoſitum, ejuſdem capitis ſitu declivi dormiant, aut ſaltem toti corpori æquo, ne qui per ſom-

Avicenna.

num multiplicantur vapores, ita facillimè in illud irruant.

Tandem cum animi passiones ita celeriter, ac multùm corpus immutent, debito modo sunt regulandæ ac commensurandæ. Cùm præsertim ipsæ occasiones, sive externæ causæ fuerunt, quæ corporis dispositas materias ad hoc accidens impulerunt. Vitentur ergo summoperè metus, & mœstitia, quæ melancholicas hypochondriacas, maniacas & necromanticas, & diabolicas passiones & fovent, & augent: imò & per se ubi perseverent, eas procreare solent, ex Hippocrate: *sitque medico curæ, ne nuntij tristes ad ægrotos perferantur, neve quis coram ipsis de rebus tristibus, & quæ motus tur-*

Hippocrates.

bidos nobis afferre ſolent ſermonem inſtituant; ſed de rebus jucundis, & animum oblectantibus, prout optimè propoſitum eſt à Galeno ex Hippocrate *lib.6. de morbis vulgar. com.*8. *text.* 4. & in ſumma crapula vitanda omnino eſt, ebrietas, venus, & reliqua, quæ poſſunt caput defatigare, & aër præſertim fœtidus, & craſſus; quia ſub illo nec ſalus cuſtodiri, nec morbus profligari poteſt. Quare Hippocrates, inquit, mortalibus vitæ, & morborum ægrotis ſolus is eſt autor. Vitent ergo aſſiduas lectiones ſcribæ, ſecretarij & computatores, & ſimiles homines, & omnes hujus miniſterij, & occupationis cogitationes, & curas: in cibo denique præſertim in cena, Galenus

ijs bona victus ratio dispensanda est.

CAPUT X.

De aliis causis melancholiæ hypochondriacæ.

Plinius. SUnt etiam aliquæ herbæ, inquit Plinius, *lib.*24.*cap.*17. & peculiares plantæ, quæ melancholicam hypochondriacam, & insaniam inducere possunt: ophiusam in Elephantino Æthiopiæ epotam terrorem, minásque serpentum incutere, ita ut mortem sibi eo metu potantes consciscant, quæ sanè sunt melancholiæ hypochondriacæ accidentia, ut vidimus. Similiter lib. 21. *Idem.* cap.14. refert *esse quoddam genus*

nus

nus mellis insaniam inducens, contractum, ut existimant, ex flore Rhododendri, quo scatent sylvæ; narrat etiam lib.14. cap. 17. *Esse herbam Achæmenidon in Tardistilis Indiæ nascentem, qua comesta variæ fiunt imaginationes, & fictiones.* Aliámque nasci *in Babylone, & Susis Persidis, qua devorata divinatores fiunt: quod etiam est melancholiæ accidens.* Et cerebrum læsum, & spiritus corruptus in cerebro mortem inducunt ex Hippocrate *lib.6. de morbis vulgaribus*; in Africa nasci aliam herbam speciei cannabis, quam si comedant variæ imaginationes lætitiæ & visiones, & gaudia locorumque spatia imaginantur videre. *In Bactris nasci aliam herbam, quam si devorent,*

variæ obversantur species seu imagines, semperque rident, quod etiam melancholicum est signum; & tandem herbam Thalasseglen circa Indum amnem inveniri, *Qua epota lymphantur homines obversantibus miraculis, id est, insania corripiuntur.* Sic enim synonymis utens dixit lib. 25. cap. 5. *Helleborum mederi melancholicis, insanientibus, lymphaticis*, &c. Quare igitur non credamus tales Indiæ homines similibus herbis, & plantis forsan aliquando vesci, & insania, seu melancholia apprehensos voluntariâ morte vitam finire? Inspice, & perlege in hoc argumento Nardum Antonium Recho, Medicum toto orbe terrarum celeberrimum, *in suo rerum*

Plinius.

Nardus Antonius.

medicarum novæ Hispaniæ thesauro, *lib.* 8. *cap.* 8. *fol.* 278. & præclarissimum Hieronymum Mercurial. *in adnot.epist.Hippocrat. n.* 5. *Mecurrialis.*

Deinceps se offert inter causas, labor, & quies; quia ex immoderato labore partes corporis calore afficiuntur, debilitantur, & resolvuntur. Nam per laborem, & vigiliam plurimùm •cum spirituum resolutione calidi innati dissipatur; unde refrigerata, & intemperata præcordia, humores dispositos ad melancholiam hypochondriacam generant: secus enim à quiete, cruciatus evenit, quia datur otium, à quo cruditates & obstructiones generantur: eandem rationem observa, in

evacuatione & repletione.

Causæ non-naturales, reducuntur etiam ad animi passiones ut curæ, solicitudines, vigiliæ, timores, & frequens litterarum, & discursus opus; quibus passionibus, & causis, valdè substantia nostra ad interitum ducitur, & ventriculus refrigeratur, recrudescit alimentum, & generat humorem melancholicum in dispositione materiæ; ex quo vitio simul sequitur languor, & corporis extenuatio, per prædictas animi passiones: Quod patet ex Galeno *de arte med.* Adde quod motus, defectus alimenti, vigiliæ, excretio, & omnes animi affectus corpus exsiccant. Causæ verò antecedentes sunt humores melan-

Galenus

cholici & pituitosi, in hypochondriis collocati: an verò prædicti humores in melancholia hypochondriaca, calidi vel frigidi sint, inter Autores variis litterarum præliis est valdè agitatum: asseverant enim quidam humores hãc affectionem gignentes frigidos esse, quæ sententia ab ipsis inclita fuit ex accidentibus supervenientibus frigiditatis subjectum indicantibus, ut apparet in ructibus acidis, in flatibus continuis, in cruditatibus, & frigiditate ventriculi, & in salivæ fluxu; sed hæc omnia frigiditatem indicant: ergo tantùm prædicta affectio ab humoribus frigidis, & melancholicis originem ducit.

Multi dicunt in intemperie

frigida, sed sicca consistere melancholiam hypochondriacam, & dum attenta consideratione perpendo, tum quæ ab ægrotantibus sentiuntur, tum quæ à Medicis perdoctis curationibus observata scriptaque prodierũt, prospiciens, calidam potius, ac impensè siccam intemperiem morbum esse, per quam cerebrum plus justo imbecillum, & fictitium, & diabolicum multos habere existimo, & id mihi persuadeo primùm ex temperie sive nativa, sive acquisita sit, plurium annorum curriculo, quæ calida ac sicca valdè existit, & præsertim gracilibus pinguedine carentibus, hirsutis durioribúsque, & quibus niger quoque color adest cum nigris capillis,

quæ omnia calidum, & ſiccum valdè temperamentum atteſtantur ex *capite* 56. *artis Medicinalis* : cumque ſimilibus morbis majori ex parte tentemur (cùm tranſitus ſit facilior inter ſimiles qualitates) fit ut qui calidiori ſunt natura, & atrabiliario temperamento ut Hiſpani, calidos morbos facilè incurrant, ſicut frigidiori frigidos, quod & in reliquis ſimiliter procedit, ut aſſertum eſt à Galeno *lib.* 5. *de ſanitate tuend. cap.* 11. *Galenus* *Galenus*

Cùm ergo ægrotantes ita ſint calidioris, ac ſiccioris temperamenti, planum eſt in proportionalem morbum faciliùs incidiſſe. Huic rationi, quæ non omni ex parte concludit, adjuncta quæ ſequuntur fidem

certam faciunt assertionis: si quidem ait idem Galenus *lib.* 2. *de natural. facult. cap.* 8. à frigidis humoribus frigidos, & à calidis calidos procreari morbos, & sic cum calidos, & siccos atrabiliarios scilicet, congerunt, certum est eos calidis ac siccis infestari morbis. Id quoque comprobabunt accidentia concomitantia, nempe intensæ vigiliæ, quæ pluribus diebus permanentes, totius corporis caliditatem, ac nimiam siccitatem indicant; & ab externis etiam causis probatio sumitur: nam à calidis quantumvis minimis plus justo, ac quam citissimè incalescunt, & non mediocrem recipiunt alterationem.

Galenus

Verùm interim dum cau-

ſas materiales perquirimus iſta plana reddentur : conſtat verò manifeſtiſſimè melancholicum eſſe humorem ex calore,ſive aduſtione genitum, quem non modo in toto corpore ſed partialiter in capite infeſtare credo in aliquibus: intelligo autem, eos qui nondum exquiſitè in atræ bilis naturam tranſierunt , ſed in quodam ſint confinio conſtituti prout accipitur à Galeno lib.2. de differentiis feb. cap.9. *Itaque ſunt humores atrabilarij non frigidi, neque ſicci ſicut eſt melancholia; quæ merè fæx eſt ſanguinis, ſed his qui à calore per aſſationem geniti ſunt ſimiles.* Galenus
Oſtendit primum temperies calida , & impensè ſicca jecoris à qua neceſſariò congerun-

tur, ita ut corpus totum, & caput ab eodem, & compatiantur, & alterentur: nec obsistit huic alterationi frigidum cor prout fieri solet; quando adinvicem contrariis mutuò se impediunt intemperaturis, est enim sicut & jecur, cor calidum, & siccum: nam quis quæso negabit simili intemperie ambo affici, ubi videat pectus, & hypochondrium maximè hirsutum, cum non exigua venarum latitudine, & partium adjacentium duritie, ac siccitate; præsertim si reliqua accedunt à Galeno proposita *in cap.* 33. *&* 41. *artis medicinalis*. Ergo firmissimum est argumentum à simili jecoris intemperatura, crassiorem, ac pauciorem progigni sangui-

Galenus

nem, maximè cum ægrotantes consistentis sint ætatis, quo tempore ait Galenus, *atra bilis plurima gignitur à calidis, & siccis jecinoribus.* Galenus

Ita ergo ab efficientibus sumitur probatio. Ab effectu verò hoc est ab accidentibus concomitantibus, comprobatur, quoniam vigiliæ adsunt intensæ ac multò ante præcesserunt, quas & increvisse ipsi ægroti fatentur. Insomnia quoque gravia terrifica, monstrifica, necromantica, & diabolica, quibus sæpissimè molestant, & molestantur. Incendium capitis ac intensa caliditas ad tactum manifesta. Capitis excrementa ex auribus emanantia, quæ aliquando gravi auditu oppressis peni-

cillo detraxerunt nigra, aut dura cum corporis universi squallore intenso. Sumitur quoque probatio à causis externis, si quidem mœror non exiguus eos per multum temporis spatium distorsit, adeò ut in perpetua fuerint solicitudine, & intensa tristitia.

Cùm igitur hæc plana sint affirmare debemus, calidum & siccum esse morbum à calidis, & siccis humoribus atræ bilis naturam referentibus propagatum: cujus sedes principaliter affecta cerebrum est, & & præcipuè secundùm ejus spiritus, quod non modò in se factam intemperiem continet, verùm etiam, & à toto, & ab hypochondriorum partibus compatitur; itaque afficitur per

per se caput, & per consensum. Hîc tamen consensus ex accidentibus melancholiæ hypochondriacæ colligitur, ni mavis & simul à toto corpore emanasse, cum adsint utriusque indicia, ructus nempè acidi, inflatio sive hypochondriorum tensio, humidum sputum fluctuatio à cibo sumpto & aliquando vomitus eorum præsertim quæ coctu difficilia sunt, ventriculi etiam vehementes dolores: quæ indicia sunt à Diocle relata, apud Galenum 3. *de differ. feb.* Pariter cùm metu & mœstitia, quæ tanquam charactere quodam designant melancholiam: cùm his quoque si æger gracilis sit niger, hirsutus, latásque habens venas, ut in comperto sit eum esse me- ***Galenus***

lancholicum, judica eſſe à toto & ab hypochondriis, à quibus & caput per conſenſum recipit.

Huic doctrinæ multa autoritatibus & rationibus plena auxiliantur, eo quod, meo tempore, vidi & curavi aliquos hypochondriacos, cum ructibus nidoroſis, cum magno æſtu cùm ſibi vehementi, & linguæ ariditate, cum dolore præcordiorum & bilioſis vomitibus: ſed hæc omnia accidentia ſunt calida; ergo prædictus morbus ab humoribus calidis, atris & bilioſis procreatur. Patet ratio, quia in affectibus melancholicis metus, & frequens corporis motus maximè cruciant; ſed hæc ſunt cauſæ caliditatem inducentes, ut metus per mo-

tum ad interna ex Avicenna lib. 1. fen 2. doct. 2. cap. 14. *Et motus quidem ad interiora* (inquit) *aut fit subitò, sicut cùm timor adest; aut fit leviter & paulatim, sicut cùm adest tristitia.* Deinceps ex metu & exercitatione ad hypochondria & ventriculum movetur bilis; unde ob calidi humoris conatum, vomitus effrænatur: quod colligitur Gal. lib. 2. de decret. Hippocr. & Platon. cap. 8. *Si quidem & mæror & vehementior exercitatio facit, ut flava bilis in ventriculum confluat, à quâ posteà irritati & morsi, homines cordis dolore laborant, unde mærore confecti bilem evomere consueverunt.* Idem 3. de morb. & 3. de loc. affect. cap. 7. ait: *Hypochondriacas affectiones plus* *Avicenna.* *Galenus*

caloris, quàm decet in venis, quæ alimentum è ventriculo excipiunt, habere.

Deinceps hæc noſtra ſententia corroboratur à Doctore Hollerio lib. de morb. intern. cap. de melanchol. dicente: *Melancholia hypochondriaca non fit à ſucco frigido, ſed fumis malignis & acrioribus ad cerebrum elatis.* Idem aſſerit Sylvaticus, *controverſ.*1. Et quidem apertiùs Galenus 2. *de temp. cap.* 4. *& de morb. vulg. comment.* 3. *c.* 70. Itaque ex prædictis rationibus & doctiſſimis citatis autoritatibus, valde incenſus ſum, viribus & poſſe, totum pectus in hanc opinionem incumbere: quia in affectione hypochondriaca datur in præcordiis obſtructio, ſed in loco obſtructo,

Sylvaticus.

Galenus

humor melancholicus frigidus cùm ſit,& aliàs humor crudus,à caliditate viſcerum incaleſcere & putrefieri poteſt tranſpiratione prohibita ; ergo ab his ſubjectis vaporum calidorum, acrium & aduſtorum, eveniet elevatio: & maximè in melancholico humore, qui quamvis frigidus ſit breviter ab agente calido in magnum caliditatis exceſſum tranſmutatur : quâ doctrinâ intelligendus erit difficilis quidem Ariſtotelis locus, ſect. 30. problem. quæſt.3. *Quamobrem atra etiam bilis & calidiſsima & frigidiſsima reddi poteſt*: Quod exemplo aquæ igni adhibitæ,manifeſtum eſſe acriter contendit. Et præterea perſpicuum & veritati conſonum præſens lemma videtur Hiero- *Ariſtot.*

Capivaccius. nymo Capivaccio, lib. 1. *de affect. cap.* 11. *de curat. melanch.* asserenti: *Ad hæc ob materiam obstruentem, in hypochondriis caliditas intenditur, & hypochondriaca affectio est veluti inflammatio.*

Est tamen advertendum pro tyronibus, hanc caliditatem ab humore melancholico hypochondriacam affectionem generante, nequaquam febrilem esse, neque ab inflammatione vera hypochondriorum originem ducere, eò quòd ob humoris cum ipsis confinium, datur veluti quoddam phlogosis genus, ad elevandos per consensum ipsorum, in cerebrum acres, melancholicos, adustos & biliosos vapores, ascendentes per venæ cavæ

ramos & arterias, & per orificium ventriculi ad cerebrum, metum & mœstitiam, delirium & phantasmata necromantica, diabolicáque efficientes. Causæ autem continentes & conjunctæ sunt prædicti humores in hypochondriis contenti, genitíque ab ipsorum, sive frigida, sive calida intemperie, quæ rejectis contentionibus, semper cum affluxu erit: ut ex communi Hipp. & Gal. axiomate apparet, *melancholici verò maiori ex parte fiunt Epileptici*: quod nequaquam à simplici intemperie evenire potest. *Hippocrates.*

Cùm enim in prædicta affectione, lien hypochondrium sit, à quo frequenter affectus procedit, & per ipsius consensum reliqua afficiuntur hypo-

chondria, si intemperies ipsius lienis sit calida, crudam, crassam, tenuem & aquosam chyli partem, ad se trahit; tenuis verò & aquosa, caliditate prædicti hypochondrij, partim resolvitur, & partim vel in caput, vel in totum corpus defertur: unde Rheumata, dolores, vigiliæ & variæ procreantur fluxiones. Pars enim crassa chyli, in venis mesaraicis remanens, destituta cùm sit tenuitate & aquositate, ob privationem ipsius vehiculi ad fluendum, immota manet, & in ipsis venis incrassatur, & ipsarum calore aduritur & exsiccatur, unde obstructio, & humoris melancholici generatio apparet, quod à me colligitur ex Plateario, & Sennerto *lib. 3. de scorb: part. 5. sent. 2. cap. 6.*

Platearius.

Si verò lien frigida laboret intemperie,redditur imbecillis,& facultas naturalis ipſius in attrahendo, retinendo, concoquendo, & tumorem melancholicum expellendo, imminutè operatur: qua de cauſa lien, cùm humoris melancholici receptaculum ſit, ob frigidam intemperiem, tanta ab eo non recipitur humoris copia, quanta ab hepate, & aliis partibus generatur: unde ad reliqua hypochondria regurgitat, & pars in ipſo liene remanens, obſtructionis, inflationis & inflammationis eſt cauſa. Idem judicato de hepate,meſenterio & aliis intemperatis hypochondriis. Et ſiccorum morborum cauſæ, etiam internæ ſunt humores melancholici,

transſpiratio plurima; & externæ, aëris conſtitutio ſicca, aquæ naturam habentes ſulphuris, nitri, vel aluminis, cibus & potus parcior, & natura ſiccior, medicamenta exſiccantia, mœror, anguores, & nigri homines, macilenti, hirſuti, latáſque venas habentes aptiſſimi etiam ſunt ut melancholici humores in ipſis cumulentur. Ventriculi etiam imbecillitas in concoquendis cibis cauſa eſt omnium corporis morborum; & otium tabefacit, & otioſa vita corpus attenuat: flatus autem generantur & elevantur à diminuto calore, ac perinde non ab intenſo; hoc enim in materia tenaci, quam parvus non emolitur, calor experitur; quod hypochondriaci in aduſtis humo-

ribus dant probatum ad sensum, in pyloro, in arteriis dorsi, à quibus elevantur vapores flatulenti, & calidi à calida, & à frigida causa, ut advertit Jacotius.

CAPUT XI.

De Hypochondriacæ Melancholiæ prognosticis.

SUccedit his prognosis, ut ex ea perpendamus quousque curatio peragenda sit, quæ quidem difficillima est, ac ferè impossibilis, si attento animo, quæ narrata sunt perpendimus: nam intemperies illa cerebri, quæ morbi rationem gerit paulatim propagata, veluti habitualis est. Quis ergo adeò ignarus, factos

morbos difficillimè amoveri dubitabit? præsertim cum tot partium principalium languore, capitis scilicet, ventriculi, jecoris, imò & universi corporis habitus. Accedit, & non minor difficultas causæ ratione, si quidem atra bilis est, quam Gale-
Galenus nus, *de constitut. art. med. cap.* 16. perniciosissimum succum vocat, cùm aliis prævaluerit, utpotè quæ præ cæteris maligna admodum sit, concoctúque difficillima, & ad purgationem ineptissima; atque etiam plurimum indicat calorem, à quo sit per assationem genita: &
Plato. Plato *in Tim.* inquit, *omnes morbos qui fiunt ab humore melancholico esse curatu difficiliores, & quanto magis irritantur medicamentis, eò fieri deteriores*, quia omnes

omnes melancholicæ affectiones, auxiliis maximè opponantur, & difficilè ad suum pristinum statum ægri reducantur. Melancholia enim hypochondriaca, quia fit per consensum, & in suis accidentibus non continuò affligit, in principiis facilè curatur, inveterata verò nequaquam ex Hipp. *lib. de atra bile.* Avicenn. 1. *art. tract.* 5. & melancholia accidens successione alterius ægritudinis calidæ, facilis est curæ. Idem ait Arculanus *cap. & comment. de melanch.* In hac affectione dejectiones nigræ per alvum & urinam, & in cutis superficie pruritus, scabies, lentigines, varices & hæmorrhoïdales fluxus, optimum erit præsagium. Ex Avicenn. *cap. de melanchol. quæ per omenti*

Hippocrates.

Arculanus.

Avicenna.

consensum evenit; difficilè curatur, quia causa conjuncta vix exitum habet, quamvis per venas ad vesicam aliquando evacuetur; quod consilium attende, & in curatione observa, & invenies expositionem loci difficilis apud Hipp. 7. aphor. 54. *Quibus inter ventriculum & septum pituita reposita est, & dolorem affert non habens exitum in alterutrum ventrem, his per venas ad vesicam pituitâ versâ solvitur morbus.* Hypochondriaca autem vitio hepatis & lienis simul, & eodem modo cum symptomatibus fortibus, perniciosa & molesta est; secus, si recens, mitis & absque accidentibus notatu dignis fuerit, & pessima cum vertigine, tremore, capitis dolore, stupore, delirio, maniâ,

Hippocrates.

necromantica & diabolica eveniens, eo quòd materiam in cavitatem cerebri, & ipſius ventriculos, ac nervoſum genus tendit: unde paralyſis & apoplexia indicatur; nam ex Hipp. *lib. de morb. vulg.* melancholici majori ex parte fiunt epileptici; & ex hypochondriorum doloribus febres malignæ fiunt ex Hipp. *lib.* 1. *prorrhet.*

Hippocrates.

An reliquendus eſt æger ſine ullò penitus præſidio, ubi ita difficillimam, ac ferè impoſſibilem curationem credamus? non certè, remedia ſiquidem tentare in difficillimis, ab arte alienum non video. Obſervarunt hoc antiqui ſapientiſſimi ſimilibus in caſibus. Sic Hipp. *lib. de locis, in homine*, periclitandum eſſe inquit, nam ſi ſuc-

cesserit, sanum facies; sin minus, quod aliàs futurum erat, id etiā perpetietur æger. Aëtius lib. 4. *Desperantium hominum & malignorum*, dixit, *at humanum benevolentiæ signum in extremis malis usque ad experimenta procedere.*

Aëtius.

Trallianus. Trallianus *impium* judicat *talem deserere*, idem tradit Aretæus. Avicenna fen 5. tract. 3. *Ne proportionemur*, ait, *ad paucitatem misericordiæ*; & rursus, inquit, *non desistas à rationali cura, quoniam aliqui sanantur absque spe aliqua mirabiliter:* & tandem ut coronidem imponam cum Galeno Principe, si non omnia agere nobis datur, quibus ad sanitatem perducatur, eam saltem adhibeamus providentiā, quæ congruat passioni, hoc est ipsam mollire ac mitiorem red-

Avicenna.

Galenus

dere. Benevolum quidem ac pium maximè credo homini naufrago, si non manum, saltem tabellam porrigere; ac ut ait Celsus, *anceps experiri periculum, quàm nullum.* Sed quando morbi maligni sunt & lethales solis præsagiis relinquendi, magni enim cum signis salutaribus curandi: prognosticatio verò inculpabilem reddit de morte medicum, & prædicere gloriosum & splendidum est, & in morbis prognosticare non possumus, nisi morbum cognoscamus, ideò morbi cognitio præcedere debet, quare dicit Galenus *medico quid curas si ægritudinem ignoras:* & Avicenna, *& scias quod impossibile est curare infirmitates, nisi eas cognoscas*; si velimus scire horam

Celsus.

Galenus

Avicenna.

mortis, tunc debemus conside-rare horas fortiores, in quibus magis affligebatur, & tunc in illa hora morietur; & *morbos esse eo breviores quò acutiores, diuturniores verò quo mitiores, & quominùs celeriter moventur, minusque gravia symptomata habent*; quare prognosticatio, & crises, aliásque morborum mutationes multò antequam eveniant, & si difficilia sunt, magnam tamen medicis interdum pepererunt gloriam: adeò ut vulgares in immensam, nec satis arte creditur facilem pertrahant admirationem, & consequutâ postea sanitate, cùm minus putabatur medicos in multo pretio habent, & venerantur.

CAPUT XII.

De victus ratione in melancholia hypochondriaca.

IN primo loco de diæta dicendum est, publicè enim interest, non modo ne Cives rebus suis malè utantur, sed & ne vitæ discrimen imprudentes incurrant, ne ut salutis suæ curam, & victus rationem temerè viris imperitis, & medicis inexpertis, & medicæ artis ignaris committant; qua de causa Zeleucus Lucrensis lege civibus suis lata cavit, *si quis sine medici imperio vinum medicamenti gratia bibisset, capite damnaretur*; & Legislatores non pauca civibus prohibuerunt, ne mores illorum *Zeleucus.*

corrumperentur. Nam Cartaginenses, *ne domi mancipium, ne in civitate magistratus, ne in castris miles vinum biberent prohibuerunt*, quos imitatus Plato, hoc etiam lege, *mandavit*, dialog. 2. de legibus, *ne pueri vinum gustarent, neque servi, neque judices, neque mulieres*, si hoc esset tempore lachrymis sanguineis plorarent hanc miseriam, quia incentivum maximum luxuriæ est, quare Apost. inquit, *nolite inebriari vino in quo est luxuria*, & Plinius, *neque viribus corporis utilius aliud, neque aliud voluptatibus perniciosius, ac nulli penitus interdiu, & nuptiis, neque noctu, quia ultra mediocritatem in furorem, & insaniam rapit*, ut adnotavit Jamblicus ex Pythagora, si benè senibus, ob di-

Plato.

Apostol.

Plinius.

versam temperiem, permisisse constat, moderatissimum. Hinc Pythagoram fœdas, & alia crassa edulia discipulis prohibuisse, quia eius cibus, ut dicit Laërtius *in vita Pythag.* inflat, & facit hypochondriacos, & melancholicos, quod ille maximè abhorrebat, quia cibus & potus, quibus præcipuè nititur educatio, ut plurimum, mutant mores, ut Plato *in Tim.* monstravit; quando cœli elementa, aut temporum; & Solis mutatio hæc valeant producere, & hoc ideò, quoniam pleraque edulia excrementi multum relinquentia, aut vehementer corpus alterantia corpora reddant inepta ad cœlestes, & optimas operationes, ac ideò illa prohibuerunt.

Pythagoras.

Plato.

morbos difficillimè amoveri dubitabit? præsertim cum tot partium principalium languore, capitis scilicet, ventriculi, jecoris, imò & universi corporis habitus. Accedit, & non minor difficultas causæ ratione, si quidem atra bilis est, quam Galenus, *de constitut. art. med. cap.* 16. perniciosissimum succum vocat, cùm aliis prævaluerit, utpotè quæ præ cæteris maligna admodum sit, concoctúque difficillima, & ad purgationem ineptissima; atque etiam plurimum indicat calorem, à quo sit per assationem genita: & Plato *in Tim.* inquit, *omnes morbos qui fiunt ab humore melancholico esse curatu difficiliores, & quanto magis irritantur medicamentis, eò fieri deteriores*, quia omnes

Galenus

Plato.

omnes melancholicæ affectiones, auxiliis maximè opponantur, & difficilè ad ſuum priſtinum ſtatum ægri reducantur. Melancholia enim hypochondriaca, quia fit per conſenſum, & in ſuis accidentibus non continuò affligit, in principiis facilè curatur, inveterata verò nequaquam ex Hipp. *lib. de atra bile.* Avicenn. 1. *art. tract.* 5. & melancholia accidens ſucceſſione alterius ægritudinis calidæ, facilis eſt curæ. Idem ait Arculanus *cap. & comment. de melanch.* In hac affectione dejectiones nigræ per alvum & urinam, & in cutis ſuperficie pruritus, ſcabies, lentigines, varices & hæmorrhoïdales fluxus, optimum erit præſagium. Ex Avicenn. *cap. de melanchol. quæ per omenti*

Hippocrates,

Arculanus.

Avicenna.

consensum evenit; difficilè curatur, quia causa conjuncta vix exitum habet, quamvis per venas ad vesicam aliquando evacuetur; quod consilium attende, & in curatione observa, & invenies expositionem loci difficilis apud Hipp. 7. aphor. 54. *Quibus inter ventriculum & septum pituita reposita est, & dolorem affert non habens exitum in alterutrum ventrem, his per venas ad vesicam pituitâ versâ solvitur morbus.* Hypochondriaca autem vitio hepatis & lienis simul, & eodem modo cum symptomatibus fortibus, perniciosa & molesta est: secus, si recens, mitis & absque accidentibus notatu dignis fuerit, & pessima cum vertigine, tremore, capitis dolore, stupore, delirio, maniâ,

Hippocrates.

necromantica & diabolica eveniens, eo quòd materiam in cavitatem cerebri, & ipsius ventriculos, ac nervosum genus tendit: unde paralysis & apoplexia indicatur; nam ex Hipp. *lib. de morb. vulg.* melancholici majori ex parte fiunt epileptici; & ex hypochondriorum doloribus febres malignæ fiunt ex Hipp. *lib.* 1. *prorrhet.*

An reliquendus est æger sine ullo penitus præsidio, ubi ita difficillimam, ac ferè impossibilem curationem credamus? non certè, remedia siquidem tentare in difficillimis, ab arte alienum non video. Observarunt hoc antiqui sapientissimi similibus in casibus. Sic Hipp. *lib. de locis, in homine*, periclitandum esse inquit, nam si suc- *Hippocrates.*

cesserit, sanum facies; sin minus, quod aliàs futurum erat, id etiã perpetietur æger. *Aëtius.* Aëtius lib. 4. *Desperantium hominum & malignorum*, dixit, *at humanum benevolentiæ signum in extremis malis usque ad experimenta procedere.* *Trallianus.* Trallianus *impium* judicat *talem deserere*, idem tradit Aretæus. *Avicenna.* Avicenna fen 5. tract. 3. *Ne proportionemur*, ait, *ad paucitatem misericordiæ*; & rursus, inquit, *non desistas à rationali cura, quoniam aliqui sanantur absque spe aliqua mirabiliter:* & tandem ut coronidem imponam cum *Galenus* Galeno Principe, si non omnia agere nobis datur, quibus ad sanitatem perducatur, eam saltem adhibeamus providentiã, quæ congruat passioni, hoc est ipsam mollire ac mitiorem red-

dere. Benevolum quidem ac pium maximè credo homini naufrago, ſi non manum, ſaltem tabellam porrigere; ac ut ait Celſus, *anceps experiri periculum, quàm nullum.* Sed quando morbi maligni ſunt & lethales ſolis præſagiis relinquendi, magni enim cum ſignis ſalutaribus curandi: prognoſticatio verò inculpabilem reddit de morte medicum, & prædicere glorioſum & ſplendidum eſt, & in morbis prognoſticare non poſſumus, niſi morbum cognoſcamus, ideò morbi cognitio præcedere debet, quare dicit Galenus *medico quid curas ſi ægritudinem ignoras:* & Avicenna, *& ſcias quod impoſſibile eſt curare infirmitates, niſi eas cognoſcas*; ſi velimus ſcire horam

Celſus.

Galenus

Avicenna.

mortis, tunc debemus conside-rare horas fortiores, in quibus magis affligebatur, & tunc in illa hora morietur; & *morbos esse eo breviores quò acutiores, diuturniores verò quo mitiores, & quominùs celeriter moventur, minusque gravia symptomata habent*; quare prognosticatio, & crises, aliásque morborum mutationes multò antequam eveniant, & si difficilia sunt, magnam tamen medicis interdum pepererunt gloriam: adeò ut vulgares in immensam, nec satis arte creditur facilem pertrahant admirationem, & consequutâ postea sanitate, cùm minus putabatur medicos in multo pretio habent, & venerantur.

CAPUT XII.

De victus ratione in melancholia hypochondriaca.

IN primo loco de diæta dicendum eſt, publicè enim intereſt, non modo ne Cives rebus ſuis malè utantur, ſed & ne vitæ diſcrimen imprudentes incurrant, ne ut ſalutis ſuæ curam, & victus rationem temerè viris imperitis, & medicis inexpertis, & medicæ artis ignaris committant; qua de cauſa Zeleucus Lucrenſis lege civibus ſuis lata cavit, *ſi quis ſine medici imperio vinum medicamenti gratia bibiſſet, capite damnaretur*; & Legiſlatores non pauca civibus prohibuerunt, ne mores illorum *Zeleucus.*

corrumperentur. Nam Carthaginenses, *ne domi mancipium, ne in civitate magistratus, ne in castris miles vinum biberent prohibuerunt*, quos imitatus Plato, hoc etiam lege, *mandavit*, dialog. 2. de legibus, *ne pueri vinum gustarent, neque servi, neque judices, neque mulieres*, si hoc esset tempore lachrymis sanguineis plorarent hanc miseriam, quia incentivum maximum luxuriæ est, quare Apost. inquit, *nolite inebriari vino in quo est luxuria*, & Plinius, *neque viribus corporis utilius aliud, neque aliud voluptatibus perniciosius, ac nulli penitus interdiu, & nuptiis, neque noctu, quia ultra mediocritatem in furorem, & insaniam rapit*, ut adnotavit Jamblicus ex Pythagora, si benè senibus, ob di-

Plato. *Apostol.* *Plinius.*

versam temperiem, permisisse constat, moderatissimum. Hinc Pythagoram fœdas, & alia crassa edulia discipulis prohibuisse, quia eius cibus, ut dicit Laërtius *in vita Pythag.* inflat, & facit hypochondriacos, & melancholicos, quod ille maximè abhorrebat, quia cibus & potus, quibus præcipuè nititur educatio, ut plurimum, mutant mores, ut Plato *in Tim.* monstravit; quando cœli elementa, aut temporum; & Solis mutatio hæc valeant producere, & hoc ideò, quoniam pleraque edulia excrementi multum relinquentia, aut vehementer corpus alterantia corpora reddant inepta ad cœlestes, & optimas operationes, ac ideò illa prohibuerunt. *Pythagoras.* *Plato.*

Ælian. Ælianus, & Athenæus *lib.* 10. *cap.* 9. inquiunt, apud Ægyptios ex Diodoro constare, *illis qui medicinæ artem profitebantur, ægrotos curare non aliter, quàm secundum antiquorum medicorum*, Hippocratis, scilicet, & Galeni, *præcepta licuisse, quòd si quis ea neglexisset, & æger malè haberet, graviter plectebatur : cùm affectare quisque non debeat, in quo vel intelligit; vel intelligere debet infirmitatem suam, & inscitiam aliis periculosam futuram.* Quare medici, quasi mortales dij, crediti, & habiti apud ipsos erant, ita ut Suetonius narret : *cùm Græci omnes Româ pellerentur, medici sunt excepti*; quod est contra exilium propositum in libello Hypochondriaco nuper edito, & damnato.

Manes ille, qui Manichæorum hæresis primus autor extitit, imposturas, & fraudes suas, non modò in divinis, sed in medicæ artis professione exercuit, ac tandem infelicem vitæ exitum sortitus est, nam cùm Persarum Regis filium ægrotantem curandum suscepisset, neglectis salutaribus, & communibus remediis, usitatis, & expertis, necem imperitiâ suâ maturavit, eíque mortis caussam attulit; Iratus Rex vivum Manem excoriari jussit.

At quæ major esse potest imperitia, quæve impudentior temeritas, quàm eorum, qui se Empiricos nullâ scientia, nulla rerum naturalium cognitione jactant? Empirici certa quædam habent præscripta reme-

dia, quibus nullo ægrorum diſcrimine, nulla habita ratione, loci, temporis, ætatis promiſcuè uti conſueverunt. Hoc quàm ſit periculoſum, ratio ipſa, & medicorum regulæ docent; ſic in corporum cura, inquit Seneca lib.2. de Ira, cap. 18. *Alia de tuenda valetudine, alia de reſtituenda præcepta ſunt*, & Galenus *lib.3. method. medend. cap.7.* inquit, *omnes eadem medicamenta non admittunt, ſed naturâ infirmiores, molliore ſque mitiora, validiores, ſicciorés que valentiora.* Sanctus etiam Bernardus *in Apologia ad Guillelmum Abbat.* ait, *diverſis morbis diverſa conveniunt medicamenta, & fortioribus fortiora.* Et Salvianus lib.6. de gubernatione Dei, pag. 213. *Optimi, ac peritiſſimi medici,*

Seneca. *Galenus* *S. Bernardus.* *Guilliel.* *Salvianus.*

medici, inquit, *diſſimilibus curas diſpares præſtant, atque aliis per dulcia medicamina, aliis per amara ſuccurrunt*: & Poëta,

Ut corpus redimas ferrum patieris, & ignes;
Ut valeas animo multa ferenda tuo.

Et ſic quidam curant ſanguinis miſſione, vel purgatione, cucurbitulis, potionibus, cauteriorum aduſtione, quoſdam malagmatum placabilitate, aliis adhibent duram ferri præſectionem, aliis blandam infundunt olei lenitatem, & tamen diverſiſſimis licet curis, eadem ſalus quæritur. Plinius lib. 6. cap. 1. *ſæculo ſuo morborum genera circiter trecenta nominatim fuiſſe prodita*, teſtatur. At verò iſtis temporibus luxus, otium, *Plinius.*

insatiabilitas, delicata vita, & sensualitas immoderata, & perditi mores, pleráque alia morborum genera, & aliqua rarò visa invexerunt, quorum numerus non certus, sed infinitus est, quia inventæ sunt mille conditure, quibus aviditas excitaretur, quæ desiderantibus, alimenta erant, onera sunt plenis, unde pallor, & nervorum, vino madentium, tremor, & miserabilior ex cruditatibus, quàm ex fame macies. Quid alios referam innumerabiles morbos, supplicia luxuriæ? simplex erat ex simplici causâ valetudo, *multos morbos multa fercula fecerunt*, ex Seneca *epist.* 95.

Seneca.

Empirici frequenter cùm levis est, & incipiens morbus, advocari solent: & si quando

ſola ipſa naturæ vis morbò reſiſtit, hoc Empirici remediis ſuis falsò tribuunt: ſin verò (quod ſæpiùs accidit) valetudinem etiam, quæ ad ſanitatem inclinat, imperitiâ ſuâ, & occaſione remediorum, & ſanguinis miſſione facta vexant, & in periculum adducunt, tunc ad veros, & peritos Medicos recurrere ſolent, more languentium, inquit Vopiſcus, *Qui ad ſummos Medicos, niſi in ſuprema deſperatione non mittunt*; quod ægrum eſt vix ab eo ſanari poteſt, qui neque genus morbi, neque remedium novit: ſolus ille rectè morbum curabit, quem prima morbi origo non fefellerit. Inſpicienda eſt corporis, & humorum temperies, ſpectandus languentis, & ęgroti *Vopiſcus*

habitus, qui non facilè ab alio deprchendi poteſt, niſi ab eo qui naturæ latentes cauſas noverit, humidum ſit, an ſiccum corpus, vitæ genus laborioſum, an quietum, validi nervi, an infirmi, morbus an cibi, vini, chocolatæ, & aquæ nivis in gelu converſæ, vel aliarum aquarum, & vinorum diverſorum miſcibilium abundantiâ; an verò intemperantiâ libidini immodicæ, & immoderatæ (ut faciunt) procedat, humores, corporíſque temperamenta, an deſidia vitiarit, an luxus corruperit. Atque horum omnium cauſas, & ex cauſis remedia, ſi quis noſſe voluerit, neceſſaria eſt rationalis Medicinæ noticia: ut & ſine cognitione naturæ trunca eſt, & debilis

Medicina: nam ut ait Cornelius Celſus, lib.1. *in principio*, & *morborum curatio*, & *rerum naturæ contemplatio ſub eiſdem authoribus nata fuit.* *Celſus.*

Sed ſunt virtutibus vitia confinia, itáque ficta pietas, aut ſuperſtitionis, aut hypocriſis impietatem, aut impoſturæ fallacias plerumque continet: nam dum iſti monſtrifici, & necromantici hypochondriaci pias preces, practicâ, & methodo ſingulari, & Empirica remediis ſuis adhibent, ſe prædicant impoſtores qui præſtigias, nugáſque ſuas falſa, & diabolica, imaginaria, & fictitia pietatis commendatione ſine ſanguinis miſſione excuſare conantur. Nicephorus inquit, de Juliano Monacho, eum habuiſſe *Nicephorus.*

tus, evacuatio & repletio, & animi paſſiones; à quibus omnibus medicatoriæ ſumuntur indicationes, & maximè ab aëre, qui ſimul cum morbo, & corporis temperie, æqualitatem in auxiliaria indicatio-
Galenus ne ſervat, ut Galen. 1. meth. cap. 4. *Medicatoriæ indicationes à morbo ipſo ſumuntur, à corporis temperamento, & tertio ab ambiente nos aëre*: nam aër, & victus, inter univerſales omnium morborum cauſas conſti-
Hippocrates. tuuntur, ut Hippocrates lib. de flatibus: *Morborum cauſas in univerſum eſſe duas, victus nimirum rationem, & aëris inſpirationem.* Et domos nuper calce illitas fugiant, quia multoties ſuffocantur incolentes, quandoque
Galenus moriuntur, ut notat Galenus

lib.de utilitate respir. & lib.7. de usu part.

Aër ergo sit puritate, & temperatione præditus, nequaquam crassus, nebulosus, fœtidus, & matutinus usque sit purificatus. Ciborum differentiæ, laudabiles, temperatíque sint succi, & in coctione absque labore subjecti distantésque à calido, & sicco temperamento, quia ex eduliorum piperatorum, alliorum, cæparum, gariophillorum & aquarum præparatarum cum illis, etiamsi frigida assumantur, assiduo usu, ac continuo labore jecur inde calidissimam contrahere intemperantiam, maximam biliosi humoris copiam coacervare, ac progignere potest, cujus acrimoniâ naturâ stimu-

dia, quibus nullo ægrorum discrimine, nulla habita ratione, loci, temporis, ætatis promiscuè uti consueverunt. Hoc quàm sit periculosum, ratio ipsa, & medicorum regulæ docent; sic in corporum cura, inquit Seneca lib.2. de Ira, cap. 18. *Alia de tuenda valetudine, alia de restituenda præcepta sunt*, & Galenus *lib.3. method. medend. cap.7.* inquit, *omnes eadem medicamenta non admittunt, sed naturâ infirmiores, molliorésque mitiora, validiores, sicciorésque valentiora.* Sanctus etiam Bernardus *in Apologia ad Guillelmum Abbat.* ait, *diversis morbis diversa conveniunt medicamenta, & fortioribus fortiora.* Et Salvianus lib.6. de gubernatione Dei, pag. 213. *Optimi, ac peritissimi medici,*

Seneca. *Galenus* *S. Bernardus.* *Guilliel.* *Salvianus.*

medici, inquit, *diſſimilibus curas diſpares præſtant*, *atque aliis per dulcia medicamina*,*aliis per amara ſuccurrunt*: & Poëta,

Ut corpus redimas ferrum patieris, *& ignes*;
Ut valeas animo multa ferenda tuo.

Et ſic quidam curant ſanguinis miſſione, vel purgatione, cucurbitulis, potionibus, cauteriorum aduſtione, quoſdam malagmatum placabilitate,aliis adhibent duram ferri præſectionem, aliis blandam infundunt olei lenitatem, & tamen diverſiſſimis licet curis, eadem ſalus quæritur. Plinius lib. 6. cap.1. *ſæculo ſuo morborum genera circiter trecenta nominatim fuiſſe prodita*, teſtatur. At verò iſtis temporibus luxus, otium, *Plinius.*

insatiabilitas, delicata vita, & sensualitas immoderata, & perditi mores, pleráque alia morborum genera, & aliqua rarò visa invexerunt, quorum numerus non certus, sed infinitus est, quia inventæ sunt mille conditura, quibus aviditas excitaretur, quæ desiderantibus, alimenta erant, onera sunt plenis, unde pallor, & nervorum, vino madentium, tremor, & miserabilior ex cruditatibus, quàm ex fame macies. Quid alios referam innumerabiles morbos, supplicia luxuriæ? simplex erat ex simplici causâ valetudo, *multos morbos multa fercula fecerunt*, ex Seneca *epist.* 95.

Seneca.

Empirici frequenter cùm levis est, & incipiens morbus, advocari solent: & si quando

ſola ipſa naturæ vis morbò reſiſtit, hoc Empirici remediis ſuis falsò tribuunt: ſin verò (quod ſæpiùs accidit) valetudinem etiam, quæ ad ſanitatem inclinat, imperitiâ ſuâ, & occaſione remediorum, & ſanguinis miſſione facta vexant, & in periculum adducunt, tunc ad veros, & peritos Medicos recurrere ſolent, more languentium, inquit Vopiſcus, *Qui ad ſummos Medicos, niſi in ſuprema deſperatione non mittunt*; quod ægrum eſt vix ab eo ſanari poteſt, qui neque genus morbi, neque remedium novit: ſolus ille rectè morbum curabit, quem prima morbi origo non fefellerit. Inſpicienda eſt corporis, & humorum temperies, ſpectandus languentis, & ęgroti *Vopiſcus*

habitus, qui non facilè ab alio deprchendi poteſt, niſi ab eo qui naturæ latentes cauſas noverit, humidum ſit, an ſiccum corpus, vitæ genus laborioſum, an quietum, validi nervi, an infirmi, morbus an cibi, vini, chocolatæ, & aquæ nivis in gelu converſæ, vel aliarum aquarum, & vinorum diverſorum miſcibilium abundantiâ; an verò intemperantiâ libidini immodicæ, & immoderatæ (ut faciunt) procedat, humores, corporiſque temperamenta, an deſidia vitiarit, an luxus corruperit. Atque horum omnium cauſas, & ex cauſis remedia, ſi quis noſſe voluerit, neceſſaria eſt rationalis Medicinæ notitia: ut & ſine cognitione naturæ trunca eſt, & debilis

Medicina: nam ut ait Cornelius Celſus, lib.1. *in principio*, & *morborum curatio*, & *rerum naturæ contemplatio ſub eiſdem authoribus nata fuit.* *Celſus.*

Sed ſunt virtutibus vitia confinia, itáque ficta pietas, aut ſuperſtitionis, aut hypocriſis impietatem, aut impoſturæ fallacias plerumque continet: nam dum iſti monſtrifici, & necromantici hypochondriaci pias preces, practicâ, & methodo ſingulari, & Empirica remediis ſuis adhibent, ſe prædicant impoſtores qui præſtigias, nugáſquè ſuas falſa, & diabolica, imaginaria, & fictitia pietatis commendatione ſine ſanguinis miſſione excuſare conantur. Nicephorus inquit, de Juliano Monacho, eum habuiſſe *Nicephorus.*

ægritudinum pellendarum virtutem, ſed hunc virum tanta morum pietate, & integritate vixiſſe, ut cunctis ſe ſe divinum, & admirabilem exhiberet, tantâ cibi abſtinentiâ, tamque auſtero vivendi rigore, ut oſſa carni propè adhærentia, & corpus macie confectum haberet. At impoſtores & necromantici, monſtrifici, & hypochondriaci adverſarij nihil habent in ſe commendatiõne dignum, non morum integritatem, non eximium Catholicum, & divinum pietatis cultum, qui ſpecialem ullam divini Numinis gratiam referat, ſed infernalis & diabolici, & infidelis: quare

S. Hieronymus

Sanctus Hieronymus *lib.* 3. *epiſt. adverſ. Vigilant.* ait: *Signa ſint infidelium, qui quoniam ſermoni,*

& doctrinæ veræ credere noluerunt, signis adducantur ad fidem.

Sed ad nostrum institutum redeamus. Sanitas absque medicamentorum virtute multoties consequitur, & præcipuè in melancholia hypochondriaca, in qua omnia medicamenta frustrà usurpari videntur, nisi diligens indicatur ratio, quòd ipsamet experientia manifestum facit, in ægrotantibus, qui sola victus ratione ad sanitatem restituti fuêre; quod patet à Galeno *lib. de attenuant. vict. rat. cap.* 1. sunt enim quos præstiterit *sola victus ratione, sine medicamentis persanare.* **Galenus**

Sub ratione victus, omnes res non naturales retruduntur: ut aër ambiens, cibus, & potus, somnus & vigilia, quies & mo-

tus, evacuatio & repletio, & animi passiones; à quibus omnibus medicatoriæ sumuntur indicationes, & maximè ab aëre, qui simul cum morbo, & corporis temperie, æqualitatem in auxiliaria indicatione servat, ut Galen. 1. meth. cap. 4. *Medicatoriæ indicationes à morbo ipso sumuntur, à corporis temperamento, & tertio ab ambiente nos aëre*: nam aër, & victus, inter universales omnium morborum causas constituuntur, ut Hippocrates lib. de flatibus: *Morborum causas in universum esse duas, victus nimirum rationem, & aëris inspirationem.* Et domos nuper calce illitas fugiant, quia multoties suffocantur incolentes, quandoque moriuntur, ut notat Galenus

Galenus

Hippocrates.

Galenus

lib.de utilitate respir. & lib.7. de usu part.

Aër ergo sit puritate, & temperatione præditus, nequaquam crassus, nebulosus, fœtidus, & matutinus usque sit purificatus. Ciborum differentiæ, laudabiles, temperatíque sint succi, & in coctione absque labore subjecti distantésque à calido, & sicco temperamento, quia ex eduliorum piperatorum, alliorum, cæparum, gariophillorum & aquarum præparatarum cum illis, etiamsi frigida assumantur, assiduo usu, ac continuo labore jecur inde calidissimam contrahere intemperantiam, maximam biliosi humoris copiam coacervare, ac progignere potest, cujus acrimoniâ naturâ stimu-

latâ hypochondriis utero, & aliis partibus debilissimis omnium membrorum existentibus biliosum humorem per venas continuo fluxu mittunt; & ex bilis assatione fit melancholia naturalis secundùm Galen. *lib.* 1. *prorrhet.* quæ duplex est naturalis quippè, & bilis atra adusta; & quando pituitæ pars tenuis resolvitur remanente crassâ, quæ frigidior redditur, & aliquando caliditate extranea sua ipsos humores penetrare facit, & ita cogit ut in substantia partes imbibantur, & sic gravissima excitantur symptomata, & ventriculus refrigeratur, ut illius flatuum multitudo, & cruda excrementa demonstrant.

Galenus

Causa autem quare exol-

vantur multùm quibus facultas commutandi est fortis, & calidi plurimùm, dato pauco cibo, est, quod cùm ea facultas naturalis sit, neque possit præsente materiâ cessare oblato exiguo cibo exurit excrementa, quæ in officinis necessariò sunt aliqua à quibus nostra mox substantia exuritur, ac liquefit: & ipsum cibum adeò exiguum pro concoctione corrumpit, ac vitiat, nimirum ratio quædam esse debet efficientis causæ, & materiæ, nam quæcunque ad ignem lentum densata coquuntur, & dulcescunt, ad ardentiorem vitiantur, fiúntque amara, & fumida. Hæ noxæ accidunt ex cibo omnino exiguo, aut tenui omnibus qui calore abundant, sive ex

natura; ſive ex anni tempore.

Alimenta minimè ſint craſſa, viſcida, lenta, acria, ſalſa, acetoſa, & acuti ſaporis, quod animadvertit Avicenna 1. 3. *tract.* 4. quæ differentiæ pravorum ciborum, ſunt carnes leporinæ, bovinæ, corvinæ, ſuillæ, anatinæ, anſerinæ, columbinæ, hircinæ, caprinæ, & aliæ vetuſtiores, & duriores carnes ſale condîtæ, & fumo exſiccatæ, induratæque, à quibus abſtinendum erit: quia carnes ſalitæ ob denſationem, conſtrictionem, & coagulationem, quam habent in hypochondriis detinentur. In quibus, & à quibus fit obſtructio, & heterogeneorum ſuccorum, & pravorum generatio. Adminiſtrandæ erunt carnes facilis

Avicenna.

cilis coctionis,& temperamenti laudabilis, recentes,& teneræ; ut ſunt vitulinæ, agninæ, & ex avibus gallinæ teneræ, pulli, perdices teneræ, & eodem modo aliæ teneræ aviculæ,quæ in montibus degunt. Carnes verò ex avibus, & aliis animalibus, quæ in ſtagnis, & locis habitant aquoſis,laudandæ non ſunt: ut anſerinæ, anatinæ, & ſimiles, quia valdè humidæ, & excrementoſæ apparent, ex Galeno *lib. de attenuant. victus rat.cap.*9. Ex piſcibus,& animalibus aquatilibus, piſces petrei, & fluviales, in puris,& potabilibus aquis habitantes, eligendi erunt,& maximè in hypochondriaca à caliditate laudanda ſunt ova recentia cum ſale; nam verò cum ſaccharo, ut *Galenus*

communiter fit, ova autem sint tremula. Carnes verò pullorum, accipitris, & noctuæ, à proprietate occulta, & facultate miraculosa, melancholicos in sanitatem restituunt; ex sententia Rhasis, & Rabbi Moyses 22. *part. aphor.* caro etiam leporina, in prædicta affectione, locum laudabilem obtinet, & præsertim à Plinio, *lib. natur. hist. cap.* 19. quo alimento per septem dies ad salutis statum, reducitur melancholicus, ut Mart. versibus his,

Rabbi Moyses.

Plinius.

Martialis.

Si quando leporem mittis mihi Gallia dicis,
Formosus septem Marce diebus erit.

Prædictis tribus carnium differentiis, ego quidem nunquam

usus fui, ob cruditatem, & indigestionem quam habent, & quamvis ab Autoribus citatis laudentur, cum ipsis non consentio, eo quòd multa ipsorum doctrinæ opponuntur: & in primis leporis caro à qua sanguis crassus, & melancholicus gignitur; deinceps est valdè crassa, sicca, & eandem naturam cum canis, & vulpis carne servans, quod probatur à Galeno lib. de attenuant. vict. rat. cap. 8. *Caro autem leporum sanguinem vehementer crassum gignit:* & paulò infrà, *canium verò, & vulpium carnem nunquam equidem gustavi, neque sanè gustare unquam fui adactus, neque in Asia, neque in Græcia, neque in Italia, aiunt tamen hanc quoque mandi: conjectari tamen possum* *Galenus*

vim ei inesse carni leporum simi-lem : & idem 3. de aliment. fa-
Galenus cult. *cap.* 2. deinde leporis caro ob siccitatem alvum sistit, quod hypochondriacis opponitur, ut patet ex locis traditis, & ab
Hippocrates. Hippocrate *lib. de diæta*, deinceps ab antiquis prædicta caro cùm sit alimentum nocivum, & pessimum, dicta fuit dæmonis alimentum, ut colligitur ex sen-
Joannes Brugerinus. tentiâ Joannis Brugerini, de lepore, his verbis: *Aiunt vulgatâ parœmia lepores, & anseres dæmonum malorum esse escam.*

Carnes enim noctuæ, & accipitris densissimæ, ac durissimę sunt, unde difficilè concoquuntur, & in melancholicis affectionibus maximè infestant,
Galenus quod multis sententiis Galen. manifestata lib. 1. de usu part.

cap. 19. *& præcipuè quandoquidem aquilis densissima est, ac durissima ossium concretio, post ipsas autem, ex ferocibus accipitribus.*

Ex fructibus locum non habent poma, pyra, passulæ, amygdalæ, & similia: fructus enim dulces, & flatulenti, facilè in corruptionem eveniunt, proptereà rejiciendi erunt ex Avicenn. *lib.*4. *de feb. fen* 1. *tract.* 2. *cap.* 7. unde conservæ, & alia melle, & saccharo condîta, immodicè sumpta maximè nocent; quia hodiè immodicis, & immoderatis utuntur; ab illis enim jecur, & lien obstruuntur, & bilis augetur; & Galenus 6. *epidem. com.* 5. *sent.* 14. & 13. *meth. cap.* 14. ait: *Novimus dulcibus omnibus, tum jecur, tum lienem maximè intumescere.* Et quibus

Avicenna. *Galenus.*

negotia sunt impedimento, ut ante cibum, exerceri non possint, his non modo probato, & innoxio cibo est opus, sed etiam salubribus medicamentis, *lib. de bono, & vit. succ.*

Galenus

Capones ab aliquibus laudantur, sed meo judicio duabus de causis nequaquam tribuendi sunt, primo ob coctionis difficultatem. 2. ob acetum quo condiuntur, à quo humor melancholicus fouetur, ex Hippocrate, & Galeno 3. *de victus ratione in morb. acut. text.* 38. Est tamen pro tyronibus animadvertendum, asseverantibus, acetum melancholicis convenire, ex sent. Aëtij 2. *serm.* 2. *cap.* 10. & Pauli, Possidonij, & Donati ab Alto. Respondetur in melancholia hypochondriaca à cali-

Galenus

Aëtius.

ditate orta, in qua datur aduſtio humoris melancholici elevantis in cerebrum vapores aduſtos, adminiſtrandum, & laudandum eſſe acetum, nam ab ipſo vapores prædicti coërcentur; at verò in melancholiâ à frigiditate, cum humoris melancholici naturalis redundantia, aceti adminiſtratio peſſima eſt; nam daretur agens humorem augens, & cum ipſo eandem naturam ſervans, quia acetum eſt frigidum, & ſiccum: ergo melancholicum ut ordeum quo maximè etiam utuntur omnes Medici in hac affectione, quod peſſimum eſt maximè in hypochondriaca melancholia à frigiditate, & in hominibus melancholico, & pituitoſo temperamento præ-

ditis; quia ab ipso maximè læduntur, & flatus insuper augentur.

Acetum verò rectè indicatur, quando lien obstructione laborat, nam attenuat, & incidit humores crassos, obstructiones germinantes, & quamdam cum ipsomet liene familiaritatem servat, propter aciditatem similem melancholiæ, quâ lien nutritur, ut Averroes 3. *collect.* 31. Sed quomodocumque sit parcâ manu administretur. Ex leguminibus damnandæ sunt lentes, fabæ, & oriza; & ex plantis, laudandæ erunt asparagi, ciceres, petroselinum, borrago, chamemelum, & epithymum, & lini semen, ex Galen. *lib.* 3. *simplic.* & *lib.* 10. *simplic.*

Averroes.

Galenus

A caseo & ab omnibus lacti-

cinis cavendum erit, quia flatum parit caseus, eo quòd in melancholiâ frequenter præcordia murmurant, quare omne genus lactis opponitur, ut Hipp. 5.aphor.64. *Lac malum, in quibus præcordia suspensa murmurant:* & Galen. 3. *de alim. facult.* inquit, hypochondriis lac non convenit, sed butyrum *lib.*10. *simpl. medic. facult.* Panis sit optimi, & depurati tritici, benè fermentatus ex farinæ flore, & non nunquam loco aquæ, cum lacte amygdalarum dulcium, & seminum melonum, vel cum aquâ borraginis, subigetur, & sit benè coctus. Potus quando debilis, & frigidus ventriculus apparet, sit vini aquosi, quod dicitur à Galeno 2. *aphor. com.*11. album, & tenue *Hippocrates.* *Galenus*

vinum, ſit autem benè defœcatum, ac depuratum à totâ gypſi, callis, & aliarum rerum mixtione, & propinetur dilutum cum aqua borraginis, aut buglosſæ, vel ſarzoneræ, cum levi abſinthij infuſione, à vino verò auſtero, craſſo, & nigro, fugiendum erit, niſi ſit perlucidum. Si vinum deſtabile ſit, adminiſtretur aqua aniſi, radicis chinæ, ſinnamomi, abſinthij, meliſſæ, borraginis, & ſcorzoneræ, quæ potionum differentiæ pro intemperiei, & accidentium varietate indicari ſolent. Somnus in tempore, & occaſione conciliandus erit, & maximè in hac affectione in qua vigilia moleſtè urget, & cruditates, dolores, & flatus excitantur, quod omne mira-

biliter ſomno coërcetur; quia facultates omnes roborat, corpus reficit, coctiones omnes adjuvat, ac meliores facit, videlicet factâ coctione, & reſolutione materiæ redundantis, ab ipſo; ut doctè Mercurialis animadvertit *cap. de colico dolore.* *Mercurialis.* Somnus omni ſtudio eſt provocandus, nam ad dolores leniendos, & cauſas frigidas concoquendas, nil eſt quod præſtantius ſit ſomno, & dormire per ſe, quia cruditatibus omnibus maximo remedio eſt, ex Gal. *Galenus* *lib. de vict. rat. in morb. acut. com.* 4.

Quies, & corporis motus, in actionibus mediocrem æqualitatem ſervent, *quia ex immoderato motu calor augetur, & ex illo motus, ex frigiditate ſegnities, & pigrities*; & communiter vires

ſunt labefactatæ iis qui laborant copia frigidorum, ac crudorum humorum,& ex quiete, aut otio frigiditas, ut docet
Galenus Galenus *in temp. calid. & frigid.* Evacuationes, & repletiones in ſtatu naturali conſerventur, quare prudens adminiſtrator, alimenta cum ſubjecto adæquata propinabit: evacuationes naturales corporis,ſive per alvum, per urinam,& alias partes, per quas natura aliquam evacuationem tentare ſolet, nequaquam cohibeantur: & maximè ſuperveniens aliquis fluxus ſanguinis narium, aut hæmorrhoïdes, quibus ſuppreſſis,& retentis excrementis, magna ſequuntur incommoda; quia quodlibet excrementum præter naturam in aliqua parte detentum

detentum lædit partem. Animæ passiones circa gaudium, diversionem & delectationem versentur; quapropter æger sit in delectabili, & jucundo loco, & res tristitiam, & mœrorem inducentes fugiat, & quando mania, & phrenitis urget melancholicis, hypochondriacis, locus ubi æger decumbit, juxta morbi naturam moderatum lumen expostulat. Valdè enim luminosus non solùm calore fundit humores, sed etiam vigiliam excitat. Tenebræ verò, infernúsque ubi necromanticus hypochondriacus vivit per se jurare faciunt in suis fictis & falsis imaginationibus, & ita cubiculum debet esse sine picturis; & Galen. *lib. de optim. sect.* insani, inquit, in tenebri- *Galenus*

coſo loco contineri debent, quare hypochondriacus necromanticus detinendus eſt in ſuo infernali loco imaginario, & fictitio uſque ad diem Judicij, quia dum non illis reſpondent
Galenus tacent, ut inquit Galenus *lib. de theriaca ad Piſonem*, quia ſi Deus creavit medicinam, illud fecit mediis ſuis filiis, & creaturis, ut
Galenus docet Galen. *lib. 9. de decretis.* At ſecundùm ægrorum naturam non poteſt ſtatui communis regula ad omnes differentias melancholiæ hypochondriacæ;
Celſus. nam ut dicit Celſus *lib. 4. cap. 18.* alium lux, alium tenebræ, magis turbant, juxta uniuſcuiuſque proprietatem, & naturam. Quæ maximè in re medica eſt obſervanda. Ratione cuius etiam convenientia morbo vi-

tamus. Aër etiam eligatur, hyeme quidem tepidus, æstate verò frigidus, sed non intensè, prohibet enim nativam evaporationem. In quiete ægri contineantur per famulos, si divites, sin minus vinculis constricti: immodici enim motus maximè vires prosternunt. Amici eos modò blandè alloqui, modò increpare debent. Et ut rectè admonet Cælius *lib.* 1. *acut. morb. cap.* 9. quos sanitatis tempore invisos habuerunt, intrare prohibebimus, ne his visis exasperentur. Eos verò quos metu, aut verecundiâ coluerunt, per intervalla ingredi permittimus, parit enim frequentia contemptum. Inde est quod Trallianus *lib.*1.*cap.*13. domesticum aut cognatum ingredi prohibeat.

Aurelianus.

Trallianus.

Cibus autem quando mens illis tentatur ſit tenuis, humidus, & refrigerans, qualis eſt caro pulli gallinacei, & ex eo jus confectum, herbis frigidis alteratum, nempè acetosâ, lactucâ & endiviâ, ſucco limonis admixto ad bilis acrimoniam retundendam, & attemperandam. Eſt autem cavendum, ut *Celſus.* prudenter præcipit Celſus *lib.* 3. *cap.* 18. ne maniaci melancholici, hypochondriaci, vel nimium ſaturentur, vel nimium jejunent, inedia enim ſolet biliosus humor excandeſcere, & attenuari, & ita fluxioni aptior reddi.

Fructus omnes damnantur *Aurelianus.* à Cælio Aureliano, quia in melancholicorum ſtomacho aceſcunt. Poſt cibum convenit uſus

aliciuius condîti,aut cibi aſtringentis, quale eſt ſaccharum roſaceum, vel pyrum aſſum, ne cibi vapores in caput aſcendant: in cœna lactucæ, & jus pulli laudantur. Potus ſit etiam aqua lactucæ, aut endiviæ, aut coriandri ſicci, aut aqua pura cocta. Vinum vitam dum prohibet. Hippocrates 3. *acutor.* in morbis iſtis in quibus mens turbatur ob humorum fluxionem in caput. Inde meritò Cælius Aurelianus, & Theodorus Priſcianus proprio cap. dicebant, *dare vinum phreniticis, perinde eſſe, ac dare venenum*; quod,ſi eo opus fuerit ob virium debilitatem, aut ob ventriculum frigidum, & imbecillem tunc concedi poteſt(ut ſuprà diximus)& aquoſum & inodorum Græcis

Hippocrates.

Cælius.

Oligophorum vocatur, quod minimè tentat caput,& hoc in declinatione accidentis. Circa frigidæ potum dissidium est inter Autores. Alij enim magnoperè commendant, alij eam damnant: ego tamen experientia observavi frigidam prodesse, quia biliosi sunt, & licèt sitiant, eam cum mente non constent, nec appetunt, nec petunt ex quo Hippocr. lib. 1. prorrhet. text. 16. *Illos appellavit Brachypotas*; *id est, modico utentes potu*. Sed advertendum quod hepati calido dulcia omnia prohibenda; quare in hepate obstructionem facit vinum dulce, & mali sunt omnes cibi dulces hepati, ut Galen. docet *lib. de dissolut. cont.* Syrupus betonicæ frigidam cerebri pitui-

Hippocrates.

Galenus.

tam incidit, attenuat humores viſcidos, & lentos tergit, roborat cerebrum in paralyſi, in convulſione à repletione; & omnia vina dulcia ſunt flatulenta ex Galen. *lib. de vict. rat.* Galenus & venerem excitant flatuoſam & excrementitiam habentia humiditatem, & flatuoſi etiam fiunt, qui à morbis immodicè ſe ſatiant, & flatum non facit calor fortis, ſed imminutus & inflatus deducuntur frigidi, craſſi & lenti humores calefacientibus, & flatus ventoſus generatur ex humoribus viſcoſis & craſſis per moderatam caliditatem: ſed flatus vini dulcis facilè reſolvitur, & in flatus facilè incidunt cruditates habentes, & flatus hypochondriacus contingit indeclinante

Oligophorum vocatur, quod minimè tentat caput,& hoc in declinatione accidentis. Circa frigidæ potum diſſidium eſt inter Autores. Alij enim magnoperè commendant, alij eam damnant: ego tamen experientia obſervavi frigidam prodeſſe, quia bilioſi ſunt, & licèt ſitiant, eam cum mente non conſtent, nec appetunt, nec petunt ex quo Hippocr. lib. 1. prorrhet. text. 16. *Illos appellavit Brachypotas; id eſt, modico utentes potu.* Sed advertendum quod hepati calido dulcia omnia prohibenda; quare in hepate obſtructionem facit vinum dulce, & mali ſunt omnes cibi dulces hepati, ut Galen. docet *lib. de diſſolut. cont.* Syrupus betonicæ frigidam cerebri pitui-

Hippocrates.

Galenus

tam incidit, attenuat humores viſcidos, & lentos tergit, roborat cerebrum in paralyſi, in convulſione à repletione; & omnia vina dulcia ſunt flatulenta ex Galen. *lib. de vict. rat.* Galenus & venerem excitant flatuoſam & excrementitiam habentia humiditatem, & flatuoſi etiam fiunt, qui à morbis immodicè ſe ſatiant, & flatum non facit calor fortis, ſed imminutus & inflatus deducuntur frigidi, craſſi & lenti humores calefacientibus, & flatus ventoſus generatur ex humoribus viſcoſis & craſſis per moderatam caliditatem: ſed flatus vini dulcis facilè reſolvitur, & in flatus facilè incidunt cruditates habentes, & flatus hypochondriacus contingit in declinante

ætate cum venere utuntur, & illum habentes sunt melancholici, & in flatu melancholico & hypochondriaco fiunt cruditates, & flatum hypochondriacum cavant cibi frigidi, & ad turbatum flatibus ventrẽ theriaca valet, & flatus inutilis per ructus, & inferiorá exit; & flatus plures ostendunt futuram ægritudinem, & ex flatu dolor acerbissimus, & flatus ventosus ex corpore aliquando fertur in caput, & transitum non habens dolorem excitat, & flatum discutit, & sitim non facit allium, & illum ventris reprimit anisum & ceminum, apium, nigella oxymel, peplium, petroselinum, & in ipsis quæ in ventre sunt locis quibusdam pituitosis, vel cibis inibi à desi-

ciente calore in halitum solutis generantur ex Galeno *lib. de symptom. caus. & alius in locis*, ex quo omnia supradicta deprompta fuêre. Et ad flatus valent etiam tepidiora hæc, menta viridis, & sicca, pulegium fœniculum vicide, & circa anisum, dico quòd potentissimum est; verum tamen est penè causticum, ut propterea non sit usque adeò tutus ipsius usus immodicus. *Galenus*

Et quod omnia dulcia obstruant, constat etiam ex Galeno, *lib. de succorum bonit. & vitio, cap.*4. *in fine*. Quia omnia dulcia præter passulas naturaliter præcordiis, & visceribus sunt inimica: quia parata sunt in obstructiones, & hypochondriacas affectiones cadere, *Galenus*

Avicenna. Et idem Avicenna 3.1. *Res dulces ad faciendas oppilationes sunt veloces* : & dulcia delectantur viſcera, & venter, & id raptim eliciunt , & ſunt prohibenda calido jecori, quia omnia dulcia in bilem facilè mutantur, *Galenus* ex Galeno *lib.* 2. *de nat. facult.*

Inter cauſas extrinſecas hypochondriacæ annumeranda eſt aqua gelidiſſima quam *Aëtius.* Paulus *lib.* 5. & Aëtius *tetrab.* 4. cenſent eſſe venenum ; ſicuti erunt venena aquæ omnes glacie refrigeratæ;vinum, chocolata, & alius eiuſmodi potus ſubitò, ac cumulatim ſumptus, ſi vinum eſt meracius , dulce, præſertim à balneo, aut curſu validíſque exercitiis, ſic ſitienti perniciosum eſt , venas enim hiantes continuò ſubit, ſuóque

rigore ſanguinem cogit, vitæ calorem extinguit, viſcera ſtupefacit. Quare temperandum eſt à potu, donec ſudor remiſerit: & laſſitudo deferbuerit: quòd ſi tanta eſt humoris aciditas, & anheloſi ſint pectoris glateâ, ut nullas inducias ferat, ipſum, os, faciéſque aquâ fervefactâ, aut vino colluantur, atque huius pauxillùm buccâ panis ſenſim ſorbillet: fame poſt hæc interpellante confeſtim prandendum cenſeo. Sic Plinius ait, vino natura eſt hauſto accendendi calore viſcera intus, foris infuſo refrigerandi: quare illo utimur in inflammationibus externis applicato. *Plinius.*

Initium enim ægrotandi fuit refrigeratio multis hominibus, quia denſitatem cutis facit, &

hæc insensibile effluvium cohibuit, quod cohibitum venas replevit, quæ repletio earum peperit obstructiones, & hypochondriacas melancholias, & putredines induxerunt proximam febris, & melancholicæ causam; in quibus juxta dictam regulam videtur exordiendam à calefacientibus, & laxantibus cutim, cùm id fuerit totius mali exordium; tamen in his quoque, si cùm accedimus ad ægrotum externum frigus jam recessit, & homo jam apertè febricitat, rectiùs incipitur à missione sanguinis suprà dictâ, ut docet doctissimus Vallesius lib.meth. fol.249. *Nihil igitur delinques, si minùs quàm conveniat sanguinis abstuleris*, & cave à cruditatibus:

Vallesius.

quare

quare ſemper ſunt aſſumenda alimenta convenientia,quando verò aſſumantur prava,ut quando piſces coquuntur cum lacte, acetariis & rebus repugnantibus, & non benè aſſatis conſurgit ventriculi conturbatio, & meritò cibos nec amplecti, nec coquere valet,& ſic dominantur cruditates hypochondriacæ, & corruptelæ, quæ ſunt matres ægritudinum, & origines morborum diuturnorum, ex Avic. & Galeno *lib. de cibis boni & mal. ſuc.* ubi affirmant, *cruditatem & corruptelam alimentorum magnam vim habere ad morborum generationem.* *Galenus*

CAPUT XIII.

De documentis, & minoribus auxiliis, in curationis initio, inservientibus ad accidentia hypochondriacæ affectionis.

CUm in hoc morbo ferè semper ventriculus afficiatur, & ipsius temperies, sive per propriam passionem; vel per consensum pervertatur, languidum in alimenti coctione emolumentum sequitur; unde variæ cruditates in alia hypochondria derivantes, & in alvum terminantes, flatuositates, & palpitationes, per omnem alvi regionem indicantes; quo supposito, primus medelæ intuitus, in lenitione, & ventris

evacuatione sursum per vomitum, & deorsum per suppositorium, aut clysterem, indicatus sit: in qua indicatione non admodum molles continentur, quorum formulas percurrere, inutile videtur, siquidem satis per se notæ sunt. In eorum recto usu placet animadvertere, quòd cùm ægri ex hypochondriaca affectione necessariò alvi excrementa dura sunt, nusquam quæ vacuandi vim obtineant, injiciantur, quin priùs ex rebus emollientibus, humidis & pinguibus, præcedant clysteres, & tunc præsertim. Cùm longiùs antecesserit tempus, in quo alvus nihil dejecerit. Hoc enim est præceptum, pro induratis fæcibus educendis à Galeno proposi-

Galenus tum in arte medica, *cap.94.* sed sunt enim quamplures Medici non solùm in hac Carpentanorum regia Mantua, vel potiùs dicam illam tot homines habitant, ut eam celebrantes dicamus terræ habitatæ compendium, ut non solùm in illa, sed & in aliis partibus habitantes, & praxim exercentes, tam jactanter gloriosi, & arrogantes, qui solùm Paschalio, Valentino cum scholiis Poredanis contenti sunt, nulla alia librorum supellectile ad hanc machinam exercitandam opus esse asserentes, sed à Medicis unius libri libera nos Domine.

Abeant isti, apage eos, ne intrent theatrum nostrum Castillæ, neque in choro sapientum recipiantur, & collocen-

tur; quia unico paſſim utuntur clyſtere ex foliis malvar. altheæ. ſeminis mala prunorum, paſſularum, aniſi, mercurialis cum capite arietis animalis, & oleis violaceis lilior. & chamomelino omnibus ſine diſtinctione exhibent quotidiè in melancholia hypochondriaca, nulla facta diſtinctione, ſexus, ætatis, & temperamenti; quia priùs parari debent ex jure pingui cum oleo chamomelino, aut amygdalarum dulcium, aut optimo oleo communi, aut anethenoſi flatus copia adſit.

Parentur etiam clyſteres ex decoctionibus betonicæ parietariæ, centauriæ minoris, mercurialis, chamomillæ, arthemiſiæ, lupulorum, fumariæ, betæ, culcutæ, carthami, fo-

liorum sennæ, polypodij, epithymi, cum melle, hierâ piorâ, benedictâ, & diaphenicone, cum oleis liliorum, rutæ, chamemelini, anethi: & si urgeat in excrementis siccitas, cum oleo amygdalarum dulcium, sesamini, & violarum, cum aliis emollientibus decoctis. Lenita ergo alvo pro miraculoso experimento utor, & moneo omnes sequenti clystere uti. v. g. ℞. foliorum mercurialis, lupulorum, betæ, malvarum, fumariæ, & parietariȩ ana M. I. ß borraginis M. ij epithymi ℥ ß. florum sambuci P. I. ß seminũ carthami, cuscutæ, & polypodij ana ℥ I. ß seminum anisi, & siniana ℥ I. corticum Ellebori nigri ʒ I. senæ ℥ I. ex his omnibus in sufficienti quãtitate seri lactis.

fiat decoctio usque ad ℔. 1. & facta expressione, & colaturâ adde hieraelogod.℥1.ß.olei violarum,& liliorum ana ℥1.ß.salis gemmæ ʒ ß. misce, & fiat clyster.

Quando autem ventriculus crudis opprimitur humoribus, & sint ad vomendum in motu, vomitus plurimùm juvat, & præsertim in hac affectione,ob ipsius diuturnitatem,& quando æger à vomitu facilè recordatur: excitabitur post cibum cum aqua tepida, oxymelite simplici, aut cum infusione seminis,foliorum raphani, & ellebori albi, vel nigri. Accident quod frequenter in hoc morbo cruciari videtur, est vigilia, cui maximè succurrendum erit, somno videlicet, arte parato,

& cùm somnus sit requies facultatis animalis, ab eo redditur nervosa facultas, & cruditates concoquuntur, doloréſque leniuntur, & præsertim in frigidis affectionibus; quod documentum frequenter ab Autoribus inculcatur: & præcipuè ab Hieronymo Mercur. cap. de colico dolore. *Somnus omni studio est provocandus, nam ad dolores leniendos, & causas frigidas concoquendas, nil est quod præstantius sit somno.*

Mercurialis.

Est tamen animadvertendum, circa somni conciliationem, nullum emolumentum ex usu medicamentorum narcoticorum per os assumptorum evenire; nam ex eorum opere valdè ventriculus afficitur, refrigeratione nempè, im-

becillitate, & spirituum resolutione, à qualitate narcotici medicaminis. Imprimis minoribus auxiliis somnus concilietur quoniam hypochondriaci vigiliis solent infestari immodicis, quare sopire facultatem debemus ob nimiam vigiliam; quia symptoma est ad sese aliquando trahens curationem, cùm adeò est immodicum, ut vires dejiciat: ob metum enim perpetuum ad externa, innatum calidum dissipatur, & una cum ipso spiritus. Huic symptomati prospicimus, & cerebrum quod suprà modum incaluit, refrigerantes, ita ut semper à levioribus incipiamus, sic temperantibus clysteribus utimur (quales ex Aëtio parantur *Aetius.* ex ordei decocto, oleo rosato,

aut violaceo & integro ovo agitatis) poſt cœnam injectis, & irrigationibus ex ſupradictis, tam capiti, quàm brachiis, & cruribus: per nervorum enim meatus vapores conſcendunt ad cerebrum, qui ipſum irrigant, & humectant. Quare

Trallianus. utile etiam eſt ex Tralliano 1. *lib.*1.*cap.*13. Balneum aquæ temperatæ capiti adhibitum, quo

Hippocrates. uſus eſt Hipp. 2. *in Metone*, de quo ſic ſcripſit, *caput lavit, dormivit, mente constitit.* 2. 1. *epid. ſect.*3.*text.*24. frictiones quoque molles inter ſomnifera præſi-

Galenus dia à Galeno 3. numerantur.

Ægregiè rurſus allicit ſomnum inunctio hæc quâ frons, tempora, & nares interius illiniuntur: quæ recipit unguenti populeonis ℥1. olei violacei, vel

lactis mulieris fœminam lactantis ℥1. opij gran.ij misceantur ex Galeno *lib.*12. *meth. cap.*3. *Galenus* frigida etiam boni odoris naribus admota somnum conciliant: dixi annotanter boni odoris, quia à malis odoribus est cavendum, hæc enim etiam à somno excitant. Medicamenta verò, quæ per os assumuntur, sunt etiam multiplicia; quorum usus necessitate urgente timendus non est: siquidem non modò; ut ait Trallianus *Trallianus.* somnum conciliant, sed etiam quando adest febris illis conveniunt, & caput tanquam igne exustum refrigerant. In cœna sumet jus pulli, cui emulsio unius dragmæ seminis papaveris albi immisceatur: præstat etiam amygdalatum ex

seminibus frigidis melonis, cucurbitæ, papaveris albi confectum. Somnum mirificè conciliant lactucæ, maximè si post cœnam assumantur; de lactuca moderatè nutrit, immoderatè necat, advertas, ex quo facilè diluitur problema illud. Martialis, dum sic quærit:

Mar-tialis.

Claudereque cœnas lactuca solebat avorum,
Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes?

1. lib. 13. epigram. 14. 2. ibidem epigram. de turture. Nam quemadmodum lactucæ (docente eodem) ad excitandam appetentiam posteà in cœnæ procœmio fuerunt assumptæ, ita olim post cœnam sumebantur. Unde Horatius libr. 2. satyra 4.

Horat.

Lactuca

Lactuca innatat acri
Post vinum stomacho.

Et dicendum quòd vel sua frigiditate ebrietatem retundant, vel quod somnum concilient. De qua legendi Cælius Rhodiginius *lib.* 27. *cap.* 28. & Plinius *lib.* 19. suæ naturalis historiæ *cap.* 8. Inter serapia somnum conciliantia, ut vulgare, ita utile est de papavere ab una uncia, usque ad unam, & dimidiam in tribus, aut quatuor unciis aquæ lactucæ, portulacæ, aut lacte amygdalarum, & seminis cucurbitæ, & melonis dilutum. Quibus non proficientibus, ad narcotica deveniamus. Cujusmodi est Philonium Persicum, aut Romanum, ab scrupulo. 1. usque ad *Cælius.* *Plinius.*

dragmam assumptum, serapio violaceo, aut aquæ portulacæ dissolutum. Ad quod propinandum non debet esse natiuus calor imbecillis, ne nimia frigiditate, & stupore narcotici extinguatur, & dormiat usque ad diem judicij. Exhibentur autem per tres aut quatuor horas à cæna. Hæc somnifera danda sunt melancholicis, sed in primis minoribus auxiliis somnus concilietur, & cerebrum humectetur, & præcaveatur à vaporibus melancholicis, ne quod est per consensum (ex multis actibus præcedentibus, fiat habitus per propriam passionem) parentur enim capitis, & pedum lotiones, cum tepidis aquis, & decoctionibus seminis, & corti-

cum papaveris, lactucæ, florum violarum, & alia quæ in quolibet capite de mania invenire possunt.

Quòd ego in his affectibus, & in aliis in quibus vigilia urget, & à minoribus antidotis somnum conciliantibus minimè subjicitur, utor, est quodam clystere sic parato. ℞. decocti chamæmelini ℥ viij olei amygdalarum dulcium ℥. iij Philonei Romani, ʒ 1. sem. quod administretur horâ octavâ, aut nonâ noctis, evacuata priùs alvo à fæcalibus excrementis, & ventriculo ab alimento, & detineatur per totam noctem, aut per quatuor, aut sex horas: & testor Deum, prædictum auxilium esse quoddam ex meis experimentis observatum, &

nunquam me fraudavit : imò ab ipſo honorem,& ſolutionem conſequutus fui. Bona enim confidentia ægrorum plùs poteſt quàm omnia remedia Medicorum ; & fames ex accidenti multùm deſiccat, quamvis multorum infirmitates;præcipuè verò illas quæ à fluxione pendent jejunio ſanari, & accidentibus virtutem proſternentibus illicò dandus ſit cibus. Et Hipp. 6. *epidem.* inquit, *iis qui natura calidi ſunt convenire, & quietem, & aquæ potum,* & omnes qui habent jecur calidum,plerúmq; ſunt imbecilli ventriculo,& ſi dentur illis cibi difficiles coctu non poterunt coqui in ventriculo, & ventriculi errores non modò non corrigũtur in jecore,imò augentur.

Hippocrates.

CAPUT XIV.

De sanguinis missione in melancholia hypochondriaca.

CUm sanguinis missio excellentissimum sit omnium aliorum auxiliorum, ideò pro utraque parte sub hoc capite multa notatu digna includuntur, eo quòd utrum liceat sanguinem in melancholia mittere, est quæstio valdè agitata, quæ pro parte affirmativa ex communi omnium consensu sanguinem mittendum esse docet. Prætermisso Asclepiade (quem refellit Celsus libr. 3. *Celsus.*
cap. 18.) *Qui hoc tam præsentaneum auxilium tanquam trucidationem phreniticis melancho-*

licis negavit : sed in affectibus melancholicis per consensum à toto corpore,& maximè quando universum corpus nervosis indicationibus, redundantiam melancholici humoris præcipit, quæ sententia cum Galeno obvallatur, lib. de curand. rat. per sang.miss.9.& 3. de locis affect. cap. 7. *Cùm speraveris in universi corporis venis melancholicum sanguinem contineri, quo certiorem habens notitiam, cubiti venam seca. Secabitur verò vena communis cubiti dextri, si sanguinis copia in corpore redundaverit.*

Galenus

Si autem dicta vena non adsit, vena cephalica erit secanda à principio : quoniam rectitudinem habet cum parte affecta, & affectus est urgens :

itaque in primo casu ex Aëtio primò communem venam secamus, quæ partim respicit caput, partim reliquum corpus, quod timetur esse transmittens. Deinde humerariam: & ratio est, quia si existente in toto plenitudine, & fluentibus humoribus in cerebrum, venam cephalicam tunderemus, totius plenitudinem in caput traheremus. Id quod acutè Avicen. 4. *fen* 1.3. *tract.* 1. *cap.* 29. animadvertit. Hanc doctrinam docuit Galenus *lib.* 4. *de sanitat. tuend. cap.* 18. sic scribens: *Porrò diligenter existimare oportet, in thorace ne, dorso, aut capite tensio, & pulsans dolor adfuerit: his enim humeralem secabis, illis verò internam; si verò in universo corpore lassitudo constiterit, ambarum mediam.*

Aëtius.

Avicenna.

Galenus.

Quòd si ex suppressione mensium, sive puerperij, sive hæmorrhoïdum contingat melancholia hypochondriaca & *Pereda.* & nephritica, malè Pereda, & omnes Valentini Medici cum illo, *schol.* 5. *in Paschal.* consulunt cephalicam esse secandam; pejorémque rationem reddunt, quia inquiunt ex Ga- *Galenus* leno, *Revulsio non est facienda ex loco à quo fluit humor, sed ex eo ad quem fluit.* Quæ doctrina quàm sit absurda, & Galeno 1. adversa ex iis quæ docet *lib.* 7. *meth. cap.* 11. manifestè constat. Ubi sic scribit, *considerandum præterea est, in mulieribus an naturaliter non purgentur, in viris autem an aliqua consueta evacuatio iis sit retenta; iis igitur omnibus consideratis, siquidem ex*

minus momentaneis translatio facta est, quod superfluum est, rursus ad eas partes revelles, &c. Quibus verbis primò docet Galenus facere revulsionem ad locum ex quo fluit humor, id est, ad fluxionis originem, si minus nobilis ea pars sit; non ex eo ad quem fluit, id est à termino ad quiem fluxionis: & ita sive ex mensium, sive puerperij, sive hæmorrhoïdum suppressione fiat, ex talis in pede secanda vena, & sanguis primò detrahetur contra illud quod docuit *in suo libello* Autor *monstrifici libri typis mandato, & condemnato anno præterito* 1669. Deinde posteà ex cephalica eadem die, si res urgeat sanguis est detrahendus. *Galenus*

Sed expediendum nobis est, an semper in melancholia hypochondriaca venæ sectio sit exercenda à principio, an aliquando etiam expurgatio. Gentilis 3. Fueginas Avicennæ Interpres 3. suprà Avicen. *fen* 1. *lib*. 3. *tit*. 3. *cap*. 3. opinatur venæ sectionem, *non convenire in omni phrenitide furiosa, melancholica, sed tantùm in sanguinea.* Hîc enim vix duas phrenitidis species constituit, unam à flava bile sincera, id est, à sanguine separata (quam biliosam vocat) alteram à sanguine, quam sanguineam appellat. Quam rem probare nititur, primò quia sanguis non est detrahendus, ubi humores plurimùm à natura sanguinis distant, qualis est flava bilis sincera. Deinde

ne bilis, cujus ſanguis dicitur eſſe frænum, excandeſcat. Tertiò à ſimilitudine, nam quemadmodum Eryſipelas ſincerum & exquiſitum, quod fit à bile flava, per expurgationem, & non per ſanguinis miſſionem à Galeno curatur *lib.* 14. *meth. cap.*3. *&* 2.*art. cur. ad Glaconem cap.*2. ſic phrenitis bilioſa, cùm ab eodem humore originem ducat. Addit tamen Gentilis, *Saluberrimum eſſe ut plurimùm in phrenitide venam incidere, nam rarò* (inquit) *contingit fieri hunc affectum niſi à ſanguine, aut ab humore ſanguini permixto.* *Galenus* *Gentilis*

Sed omnes Autores hac diſtinctione interpretativa, qui exiſtimant in omni phrenitide venæ ſectionem convenire, nempè eſſe intelligendos, ut

plurimum, aut de phrenitide à bile ſanguini permixta. Cæterùm huius inſignis viri ſententia mihi non arridet, quoniam omnis phrenitis, à ſanguine tenuiſit, vel à bile ſanguini permixta. Sanguinis autem in cerebrum fluxio, cùm per venas fiat, is meritò ſectâ venâ revellendus, & evacuandus eſt. Ex quibus prima ratio
Gentilis Gentilis, uti ſuprà facilè diluitur, cùm nunquam phrenitis à bile ſincera citra ſanguinis mixtionem, aut affluxum fiat. Secunda verò ratio non ſimpliciter eſt vera, ſed tunc dumtaxat cùm flava bilis circa præcordia nimirùm exæſtuat. Nec quod tertia à ſimilitudine arguit, verum habet, nam phrenitis nunquam eſt; ut diximus, ſincerum,

ſincerum, & exquiſitum Eryſipelas.

Hîc tamen advertere oportet, quòd cùm phrenitis ſupervenire ſoleat (præſertim malignis febribus, tranſactis aliquibus diebus) cùm ante diem phrenitidis apparere ſoleant ſigna fluentis humoris in caput, quæ portendunt brevi futuram phreniſim, adhuc ſignis coctionis non apparentibus, & factâ ſufficienter evacuatione per venæ ſectionem, revulſionis gratiâ benè poſſumus uti medicamento expurganti ex Avicenna *fen* 1. 4. *tract*. 2. *cap*. 7. *Avicenna.* nam ſi turgentes humores in morborum principiis curet expurgare Hippocrates, ne humor qui vago, & incerto circumfertur motu, in aliquam partem

Bravus. principem firmetur, ut Bravus *libr. 2. de expurgant. cap.* 8. 4. 4. *aphorism.* 10. cur jam in caput certò irruentem eadem necessitate impulsi, non expurgatione avertemus, ad quos præcepta turgentię observari debent. Quæ doctrina consona est Hippocrati, & Galeno *lib. 4. acut. text.* 76. in cuius comm. sic ait: *Nam vel statim ab initio priusquam in partem aliquam firmati sint humores, medicandum, vel posteà cùm concocti fuerint.* Et in lib. quos, quibus, & quando purgare oportet, inquit Hippocr. *Circa initia eorum morborum in quibus speramus ægrotum convaliturum tentanda sunt afferre majora remedia; hæc sunt sanguinis mißio, & nonnunquam expurgatio*, de quibus dixit Hip-

Galenus

Hippocrates.

pocrat. *si quid tibi videtur movendum, &c. move.* *Hippocrates.*

Quia verò doctissimus Franciscus Vallesius Covarruvianus *lib.*4. *acut.com.*22.*fol.*157. existimat hoc esse periculosum, referam brevi circa hoc quod mihi quotidiè contigit in Nosocomio (quod vocant Ospital General) multi ægri natura biliosi à me curantur febribus laborantes biliosis, ab immodico vino, & immoderatâ nicozianâ genitis, furentésque, & antequam phrenitis incipiat, & jam jam ingruentem phrenitidem, & insaniâ correpti; vel signa humoris biliosi in caput tendentis & apparentis, urina scilicet ex flava, perspicua, & alta mens illis perturbata, & aliquantulum etiam *Vallesius.*

alioquin inquieti, quibus cùm medicaméta expurgantia propinarem, ab imminenti, & factâ phrenitide, & insaniâ liberavi. Non enim occasio ob metum est relinquenda, sed ob rationem quæ hîc non deficit; cùm expurgatio à superioribus ad inferiora revellat; & ita si agitet humores, & moveat, ad inferiora, scilicet, intestina movet.

Circa venæ frontis sectionem, quando hypochondriaci melancholici insaniâ & phre-
Paulus. nitide corripiuntur: docet Paulus, & cum eo Practici Autores Nicolaus Florent. 1. *cont. tract.* 18. *cap.* 2. ex sententia Simeonis & Rhasis. Quòd sectio venæ nasi, vel frontis est utilissima; quòd verò si phreniticus non

exhibeat brachium, vel ſanguinis profluvij periculum ex ſecta cubiti vena immineat, vena frontis in principio ſecari debet. Quod remedium cùm topicum ſit, ſuſpectum eſt. Nam etſi aliquantulam ſanguinis portionem à cerebro evacuet, multò tamen copioſior fluet. Quare tutius eſt hoc auxilio uti univerſali vacuatione jam præ-greſſa ex Aëtio *tract.2. ſerm.6. ſum.4.cap.2.& lib.3.cap.6.* ubi admonet etiam ut ad venam frontis perveniatur, antequam malum confirmetur: *Nam malo altas radices agente, qualibet venæ ſectio eſt ſupervacanea*; etſi vires adſint, repetatur. Memini enim ego multos phreneticos curaſſe, quibus ſectis venis frontis, & per noctem ligaturâ ablatâ, *Aëtius.*

maxima ſanguinis copia fluxit, & brevi ſani evaſerunt, licèt melius ergo præparet miſſio ſanguinis ad expurgationem, quàm expurgatio ad ſanguinis miſſionem, hæc laxat vires, illa debilitat, &c.

Sed quæſtio eſt valdè agitata inter Autores, utrùm liceat ſanguinem mittere in melancholia hypochondriaca, de qua præſertim agimus, & certè ardua res eſt: eo quòd multi docti in oppoſitam opinionem inciderunt, quorum ſententia diu hominum animos occupavit, promulgantes nequaquam ſanguinem mittendum eſſe: & ut mihi videtur in variis deliberationibus in quibus præſens fui, & in libris quos attento animo perlegi ad illuſtratio-

nem dogmatis, ipſorum rationem inveni tantùm deſumptam eſſe à frigiditate ventriculi, & cruditatibus in prima exiſtentibus regione, quæ frequenter in prædicta affectione redundant, & ad ſanguinem mittendum contra indicantur: & quamvis ipſorum tela abſque corde, & probatione mihi manifeſta fuêre, meo litterarum labore illorum lemma autoritatibus inclitum faciam; & in primo loco ſit liber de melancholia ex Galeno Ruf.& Boſid. *Galenus.*
Cur autem aßiduè cruditatibus laborant? an quia turbulentum, plenúmque excrementis corpus habent, atque adeò eorum ventriculus malè temperatus ſemper ob humorem melancholicum friget. Ergo in hypochondriaca appa-

ret frigiditas, & cruditates eluceſcant, quæ maximè à natura ſanguinis diſtant. Ergò nequaquam ſanguis mittitur, & probatur ex Galeno 4. de ſanitat. tuend. *Quibus bonus ſanguis exiguus eſt, crudi autem humores plurimi in his ſanguis mittendus non eſt: nam inciſa vena bonum ſanguinem emittit, malum autem qui in primis venis circa iecur colligitur, in totum attrahit corpus.* Idem invenies, *de cur. rat. pen.* 1. *cap.* 9. *&* 11. *meth.* 14. & Avicenna *lib.* 1. *fen* 4. *doct.* 5. *cap.* 20.

Galenus

Avicenna.

Supradictæ autoritates, & ſententiæ nequaquam mihi magnum terrorem excitant; eo quòd in affectionibus melancholicis, in ſanguine detrahendo Medicus cum præmeditatione debet operari,

ſcilicet in ſpeculatione, ratione, & experientiâ: ſecus enim multa mala proficiſcuntur; quod ſentire videtur Aretæus libr. 1. de cur. diuturn. morb. cap. 5. *Num ſanguinem detrahere expediat, deliberatione indiget in melancholicis.* Et eſt ratio nam frequenter in melancholia ſpirituum vitalium, ob accidentia timoris, & mœſtitiæ, ob vigiliam, & inediam diſſipatio datur; unde virium robur langueſcit. Deinceps humor melancholicus eſt frigidus, craſſus, & cachochymus. Ergo miſſio ſanguinis ab ipſo contraindicatur. *Aretæus*

Sed ut hoc perſpicuum videatur, & nullis integumentis invelatum ſit; aſſeverandum eſt ſanguinem eſſe mittendum in

melancholicis per consensum à toto corpore; hoc est quando universum corpus ipsomet humore melancholico abundat, cum aliqua intemperie calida, vel in toto vel in parte, & maximè quando cohibitio alicuius consuetæ evacuationis, hæmorrhoïdum nempè, mensium, varicum fistularum, & aliarum cutanearum exhalationum datur: & præcipuè si scopi mittendi sanguinem adsunt; quia reditus illius est morbi medela, quando illarum evacuationum fit suppressio; & tunc sanguinem detrahes cum moderatione, & in pauca quantitate, ne calor qui debet humorem crudum concoquere, larga emissione hebetetur, ut
Galenus Galenus, & Avicenna 3. *de locis*

affect.cap.7.& de cur.per sang.miss. cap.9. & 11. Avicenn.*lib.*1.*fen* 4. *doct.*5.*cap.*20. *Avicenna.*

Quæstio & objectio sit, utrùm in melancholia hypochondriaca, sanguis mittendus sit: & quamvis pro opposita parte supradictæ sint rationes, & alia quæ detractionem sanguinis renuunt, ut hypochondriaca flatuosa, cruda, cum frigida intemperie, præsertim ventriculi, & aliorum hypochondriorum, cruditatem in prima regione gignente: in hoc casu, sanguinis missio fugienda erit: in quo sensu Autores suprà citati locuti fuêre; & verè quia in hac differentia virium robur nequaquam est, quod demonstrat Galenus *de curand. rat. per sang. miss. cap.* 8. *Galenus*

neque enim ubi tanta crudorum humorum copia accumulata eſt, ut ſecandam venam impediat, ratio redarguitur: nam iſtis virium robur non adeſt.

Pro parte affirmativa, aſſeveranter moneo, ſanguinem eſſe mittendum in melancholia hypochondriaca, quæ cum forti delirio, ut ſuprà diximus, metu, & mœſtitia evenit: nam majori ex parte à caliditate provenit, videlicet ab obſtructione, & à caliditate venarum meſaraicarum, hepatis, lienis, & aliorum præcordiorum, & in aſſuetis miſſioni ſanguinis, & in illis quibus aliquæ factę à natura evacuationes ſuppreſſę fuêre: qua urgente indicatione, quamvis aliqua contraindi-

centia

centia videantur, ut frigiditas ventriculi, ructus, & flatus, quæ omnia à caliditate, & hypochondriorum obstructione originem ducunt, audacter sanguinem detrahendum esse, quamvis universum corpus à sanguine melancholico distet: eo quòd indicatio realis ad sanguinem detrahendum à fluxione, obstructione, caliditate, & dolore prædictorum hypochondriorum sumitur: quod observatum fuisse judico à Galeno 3. de locis affect. cap. 7. *Galenus* *Ubi verò solum cerebrum sanguinem melancholicum continet, quod ad hanc dispositionem attinet, infirmus sanguinis detractione non indiget, quamvis ob aliam causam sanguis mitti possit.* Idem ex docto Valesco de Taranta *Valescus*

cap. de melanchol. dicente his verbis : *Si autem fuerit melancholia hypochondriaca, ſive mirachia, tunde baſilicam omnibus conſentientibus.*

Et in melancholia ſive ſit per proprietatem, ſive per conſenſum à toto ſi quidem ſanguinea fuerit manans à vapore ſanguinis, detrahendus eſt : quia aduritur confeſtim,& ubertim; ita enim mox ſanatur, nec timenda copioſa phlebotomia in iſtis caſibus, licèt adſit gra-
Hippocrates. cilis habitus *ex 6. epidem. 29.* & in ea feſtinandum antequam ſanguis bileſcat, & tranſeat in maniam; poſtquam autem ſanguis ceſſaverit ebullire, & capiti impactus eſt,non ante fiens ſeccetur ſecundùm Trallian.
Galenus Advertendum eſt quòd Galen.

docet *lib.3.de locis affect.7.* quòd in dubio aperiatur vena, & consideretur, si enim sanguis exit crassus, niger, permittatur exire à communi vena, si autem tenuis sistatur statim, licèt sint contradictiones, nam apud Avicen. licèt exeat tenuis sanguis non est statim supprimendus; de vena etiam pugnat Mesues, asserens in mania eligendam esse basilicam, in melancholia communē causa varietatis est, quia sanguis tenuis maniæ faciliter currit; ideò revulsio longinquior convenit. *Avicenna.* *Mesues.*

Aliqui dicunt quòd non semper est exequendum; nam ubi non suspicamur melancholiam esse mixtam sanguini non secanda est vena, maximè in principio cùm nondum per-

mixta eſt, eo quòd ſanguis opponitur melancholiæ , cum minore tamen ſuſpicione audendum eſt phlebotomare in melancholicis morbis , quàm in pituitoſis, *libr. de ſang. miſſ.*
Galenus *cap.*16. cauſæ ſunt,quia fæx ſanguinis faciliùs permiſcetur cum ſanguine quàm pituita , quæ nondum acceſſit ad ſanguinis formam, ideò ſimul cum ſanguine meliùs exhäuritur melancholia. Alia cauſa eſt quia pituita ob lentorem hæret vaſis;melancholia verò non hæret. Tertia cauſa quia pituita ob inſignem frigiditatem debilitat innatum calorem refrigerando, & per obſtructionem prohibendo nutritionem ſpiritus ex aëre. Sectionem verò debere eſſe latam inter omnes conve-

nit, & extrahendas esse ℥ ij sanguinis qualiscumque sit; quòd si perseverat exitus sanguinis tenuis supprimendus est, nisi in casibus videlicet, si apertura fuit angusta dilatanda est, & si ligatura valida laxanda est, & si sic exit tenuis apponendus digitus ori vasis, usquequò videat, si adhuc exit tenuis, & statim sistatur.

Tanti enim hæc passio timoris est, quæ ad præcautionem nos ducit, antequam humor melancholicus ob in præcordiis occlusionem, in caliditatem veniat: quod sanguine misso, præcavendum erit, ut Aëtius serm.6.cap.9. *Nisi præservationis gratia detractionem faciamus*; quia per sanguinis missionem, non tantùm succi *Aëtius.*

ad viſcera fluentes avertuntur, ſed continentes educuntur: ergo rectè evacuatio ſanguinis indicata eſt, ut abundè patet

Viduvidius. ex Viduvidio, *de melancholia cognoſcenda, & curanda, lib.*2. *c.*10. dicente: *Prodeſt, & in hac affectione internam dextri, vel ſiniſtri cubiti venam reſcindere, prout dextrum magis, vel ſiniſtrum præcordium infeſtetur, & jecur, ſeu lien obſtructionem cum aliquo caloris exceſſu, ægrotare ſignificetur, à quibus viſceribus perbellè etiam evertit venæ ſectio ſuccos, qui ad ipſa fluunt, & educit eos, qui in ipſis jam continentur, ac redundant.* Idem doctus Mercatus *lib.*1. *de intern. morbor. cur.*

Capivaccius. *cap.* 17. *de melanchol.* & Capivaccius, *lib.* 1. *de affect. capitis cap.* 11. *de curat. melanchol.* his

verbis; *Quoad melancholiam hypochondriacam; in hac probatur venæ sectio, quia in hypochondriis generatur materia cum sanguine mixta, & nisi sanguis evacuetur tutò non possumus uti calidis medicamentis ad materiam melancholicam obstruentem.*

Dicendum est quòd venæ sectio convenit plethoricis, sanguineis, ætate florentibus, temperaturis calidis, & humidis, carnosis, robustis, consuetis, tempore matutino, & horâ remissionis febris, dolori vehementi, inflammationi, febribus ardentibus; non verò convenit inanitis, cholericis, frigidis, macilentis, pueris, senibus, debilibus, insuetis tempore æstivo, & hyberno, nisi opus fuerit; item crudis, &

ebriis venæ ſectio obeſt. Porrò in ſanguine mittendo conſiderandum eſt, quæ vena ſit ſecanda: interna autem brachij vena, quam multi baſilicam nominant, iis ſecanda venit, quibus partes collo exteriores patiuntur, exterior verò quam humeralem aut cephalicam vocant, iis ſecanda erit, quibus caput aliqua affectione laborat; media quam communem nigram, & medianam nuncupant, tunc ſecanda erit, ubi dictarum venarum aliqua obſcurior fuerit; ſic in manu vena pollicis, in capitis morbis; minimi verò digiti, quam ſalvatellam vocant, in hepatis, vel lienis paſſionibus ſecanda eſt. In pedibus interdum ſaphena, vel malleoli vena inciditur,

præſertim in uteri, veſicæque affectibus, vel menſibus,& hæmorrhoïdibus retentis. Cæterùm venæ ſectio è directo partis laborantis ſemper facienda eſt. Quantitas verò pro ætatis, & virium ratione detrahenda.

Mittatur ergò ſanguis ex vena cubiti interna, cum moderatione, ut multoties dictum eſt, deinde ad ſectionem venarum hæmorrhoïdalium internarum & externarum, deveniendum erit; eo quòd talis evacuatio in prædicta paſſione ex communi omnium conſenſu primum obtinet locum. Per has venas frequenter natura humorem melancholicum, craſſum, æſculentum, ſeroſum, & ſalſum, redundantem in hepate, & ſplene, expellere

conatur. Quia origo prædictarum venarum in alvum terminantium, à vena cava, & à ramo splenetico dependet: & quamvis aliqui adversùs hanc evacuationem sint oppositi; asseverantes per hanc evacuationem tantùm sanguinem rubicundum, purum, & tenuem deduci crassum verò, atrum, & melancholicum, intus remanere: & maximè in venis exterioribus hæmorrhoïdum, quæ frequenter scinduntur; nam internæ nequaquam manifestantur, unde ex evacuatione ab ipsis prædicta majus incommodum sequitur.

Respondendum est huic objectioni per has venas interiores, & exteriores datur humoris melancholici effusio qui

quamvis tenuis, non eſt purus, niſi ichoroſus, & vitioſus; quæ doctrina, & venarum differentia, patet apud Hieronymum Fabric. ab Aquapendente, *cap. de hæmorrhoïdibus*; & apud Joannem Riolanum: hæc evacuatio fit per hirudines, ſive per inciſionem ab artifice perito. Si verò affectio fœmineum genus cruciet menſium ſuppreſſionem indicans, ſanguis mittatur ex poplitum venis, ut diximus, eo quòd uterus omnibus conſentit partibus, & diverſa ab eo ſymptomata vociferant, ſed hæc ad hyſtericam affectionem reducenda ſunt: cujus medela in proprio uteri affectu diſputatur, & diſtinguitur ab hypochondriaca à linea. *Hieronymus Fabric.* *Riolan.*
Cucurbitulæ in hypochõdriaca

melancholia (quam Arabes, & eorum ſectatores mirachiam vocant) ut docet Paulus lib.3. cap.14. titulo de curatione melancholiæ : *Ad medium imò ventris, ſiccæ cucurbitulæ adhibentur, ad flatus etiam digerendos, diſcutiendóſque levibus utitur*; ad dolores verò & inflammationes cum ſcarificatione.

Paulus.

Aëtius autem *ſerm.6.cap.*10. eandem confirmat ſententiam, dicens : *Utendum eſt etiam cucurbitularum adhibitione ad flatus quidem inanium ; ad inflammationes verò ac duritias cum ſcarificatione, &c.*

Aetius.

Cucurbitulæ non in die ſemel, ſed bis, & ter, & quoties expedire videatur, applicentur cucurbitulæ etiam in partibus inferioribus, & maximè quando vaporum

vaporum aſcenſio, violenter, & continuò ab hypochondriis ad ſuperiora tendit, adminiſtrentur: quia mirificè humores ad ſuperiora fluentes attrahunt, & revellunt; nequaquam ſcarificatæ ſint, quoniam humor melancholicus, craſſus, & terreſtris cùm ſit, neſcio quomodò à partibus profundis per ſcarificationem educendus ſit. Cucurbitulam enim ad flatus incantamenti vicem obtinere docet Galenus *lib. 9. method.* *Galenus* ſive in inteſtinis, ſive in quavis corporis parte ſint; illicò enim cucurbitâ, qui flatuoſo ſpiritu cruciantur, tum à dolore liberi tum omnino ſani redduntur, idem docet Galenus libr. 2. ad *Idem.* Glauconem, *magna cucurbita cum flamma multa, &c.*

Advertas velim in febre ex ſatietate, ſolvatur priùs ſatietas antequam corrupti cibi per hepar in corpus diſtributi febri putridæ initium dent; quòd nulla ratione fieri poteſt, quàm continendo in inedia hominem, diem & noctem ventriculum vomitoriis levibus, aut aquâ calidâ, hidroleo, & alvum clyſteribus, die ſequenti ventriculum fovere Abſinthite, aut Nardino; & paulatim ad cibos reducere; *& ubi non mittitur ſanguis ob ætatem, corporis raritatem largiùs ducenda alvus eſt*,
Galenus ex Galeno lib.4.de ſanit.tuend. *Quia etiam plethora curatur ſanguinis miſſione, exercitatione, balneo, frictione, & digerentibus medicamentis, & indices plethoræ ſunt mucus, & ſaliva ſputum, &*

alia, ex eodem Galeno libr.3.de diæta,& cave,ut docet Avicen. *ne nauſeativam ſatietatem habentem phlebotomes*; *ſed prolonga uſquequò nauſeativa ſatietas digeratur.* *Idem Galenus* *Avicenna*;

CAPUT XV.

De purgatione in melancholia hypochondriaca.

PHarmaca ſunt deorum manus. A nemine dubitatur purgationem uberiùs indicari, & quòd interponantur ſolos dies tres, cauſa eſt quia velociter ſubveniendum eſt antequam cerebrum producatur ad pravum habitum, & quia ſatius eſt non permittere purgandos humores ex toto

Galenus quiescere. Sic Galen. *3. local.* 2. *cap.* in quinque diebus his purgavit alopeciam, & quod in diebus mediis concedantur alimenta alentia, & humectantia ut subveniant morbi, pharmaco & evacuationi; & festinare oportet in purgatione humoris melancholici, dum est in fieri, quia postquam est impactus, illa mala qualitas difficilè curatur. Quia omnis melancholicus humor, ut facultatis Apollineæ elementaria tabula, & universale axioma canit, in cacochymia purgare, venam in plethora scindere convenit; & maximè in cacochymia melancholica, & hypochondriaca, ubi ventriculus afficitur, & cruditates, & flatuosæ affectiones, per totam

hypochondriorum regionem exporriguntur; docet Galenus 3. de locis affect. cap. 7. *Hypochondriacas verò, & flatuosas vocatas affectiones, melancholica tristitia sequitur, & quasdam oris ventriculi dispositiones.* Galenus

Et idem confirmat idem ipse Galenus *libr. de purgand. medicam. facult. cap.* 5. Quamobrem supervacanei, vitiosi, & crudi humores geniti ex intemperie ventriculi, hepatis, lienis, aliorúmque præcordiorum in prima regione existentium, ad vasa magna dilabuntur: unde ab ipsis, tertia differentia cacochymiæ, elucescit: & non tantùm indicat, sed indicat purgationem: qua doctrina exponitur locus, Galen. de purgand. medicam. facult. cap. 5. Galenus Galenus

Proptereàque insanientes, comitiales, & melancholicos, purgando tantùm liberassem. Notandum est autem, & hoc quæso observetis, in qualibet melancholiæ differentia, & maximè in hypochondriaca, omninò à medicamentis calidis, & nervosis abstinendum esse; ne eorum immoderato calore, & à remotis partibus attractione, majori conatu cruciet affectus: & quia prædictus morbus ferè semper à caliditate proveniat, ut satis dilucidatum fuit, oportet in purgatione simul cum medicamentis solventibus, aliqua attemperantia permiscere, ne à caliditate pharmaci purgantis, partes obstrúctæ & calidæ magis exasperentur. Deinceps omnis melancholicus hu-

mor in curatione blandè tractandus erit, ex communi consensu, & præcipuè, ut suprà diximus ex Platone in Thim. *Plato.* *Omnes morbos qui fiunt ab humore melancholico esse curandi difficillimos, & quanto magis irritantur medicamentis, eò fieri deteriores.*

Nullus humor ad evacuationem indiget majori præparatione quàm melancholicus: & sententia Hippocr. *Vbi quis* *Hippocrates.* *corpus purgare voluerit oportet fluida facere:* aphorism.2.text.22. jure intelligenda erit de melancholicis, crassisque humoribus, quod Galenus insinuat, lib. *Galenus* quos purg. convenit. cap.4. *Siquidem inter initia morbi, tenues & aquosos humores evacuabis, at ubi crassi, & tenaces fuerint, quales*

suaptè natura sunt pituita, & nigra bilis, coctionem spectabis: quo supposito; cùm coctio sit præparatio materiæ morbificæ ad expulsionem, ut si crassa extenuetur, si tenuis mediocritatem adquirat, si calida temperetur, si frigida calefiat, ut possit repurgari: quia coctio est materiæ morbificæ alteratio, quæ cessare facit putredinem manente substantià, & sic Medicus studet coctionem humorum necessariam promovere, ut calorem naturalem roboret, cuius ut apta materia ab inepta separetur hoc faciunt non solùm sanguinis missio, quæ etiam corpora facit fluida, sed etiam syrupi. Præparetur humor his sequentibus.

Syrupi usuales qui bilem

atram diſponant, ac contemperent fiunt ex ſucco bugloſſæ, borraginis, chondrillæ, aut pomorum redolentium (de pomis ſimplex appellatus) de bizantiis ſimpl. fumariæ, lupulorum, betonicæ cum aquis, ex eiſdem, aut ſimilibus deſtillatis, vel decoctionibus borraginis, bugloſſæ, meliſſæ, fumariæ, & ſcolopendriæ ad id idoneis, quorum differentia indicatur pro parte affecta uniuſcujuſque hypochondrij.

Quando verò cum ſpirituum inopia caput veluti in habitu languidum eſt, totúmque corpus calidum, & ſiccum, in ſe humores atrabiliarios maximè diſtantes à natura ſanguinis, continens, & nequit propter hæc imbecilla virtus abſque

diſpendio maximo ſanguinis miſſionem tolerare. Tum enim cùm ſanguis non ſit extrahendus, eo quòd vires non perferant mediocrem dejectionem
Galenus adhibere convenit Galen. conſilio 4. de ſanit. tuend. 4. *Qui ubi vires imbecilliores ſanguinem mittere dehortantur, purgationem mediocrem eligit: utatur per intervalla pharmacis blandè humores peccantes educentibus, citra virium jacturam*: unde ego conſulerem ut ſumant ſyrupum de filicula, ſive de polypodio dictum, aut ſyrupum Regium, pondere duarum, aut trium unciarum, cum foliorum ſeñæ, & florum cordialium exiguo, addito cinnamomo, decocto; quia purgatur ſuaviter humor; & parentur etiam in-

fusiones señæ in lactis sero, & cum polypodio, & epithymo, deinde per vices, est valdè expertum Fernelij apozema, quæ sic paratur. ℞. radicis chicorij, ex alidis, & buglosæ ana ℥ß. scolopendriæ, cuscutæ, & agrimoniæ ana M. I. foliorum señæ ℥. I. ß. fiat decoctio secundùm artem, ad lib. I. & in fine decoctionis adde trium florum cordialium ana M. I. & facta coctione, & colaturâ adde rhabarbari electi drag. iij. cinnamomi ʒß. fiat infusio, & expressio, & adde syrupi violar. unc. iij. misce. dosis hujus apozematis est unciar. v. cum qua potione, multi per me ad salutem restituti fuêre.

Syrupum verò utilem, ac expertum habeo, quod pau-

latim aduſtos, & atrabiliarios humores educit citra moleſtiam, quam bis ſingulis hebdomadis ſumendum decerno. Aut ſaltem quater ſingulis menſibus, quo intermedio in tempore juſcula, quæ temperanti, & attenuandi vim obtineant, præparationis majoris causâ accipiat, per dies ſeptem, aut octo, aut amplius, ſi expedire videatur. Syrupus fit ut ſuprà ſequenti forma, poſt ſequetur modus juſcula parandi. ℞. foliorum ſeñæ drag.iiij.epithymi, & polipodij ana ʒ. ij. florum cordialium drag. ʒ. 1. aniſi, & cinnamomi ana ſcrup.ß. in ℔.1. ſeri caprini infundantur; deinde bulliant in vaſe duplici quatuor, aut quinque ebullitionibus colentur, adde collaturæ

lihodo

lihodomellis ſaccharati, aut ſacchari albi unciam unam: ſumat pro doſi duplici.

Juſculum, quod ante purgationem eſt propinandum, ſic componitur. Accipe pullum intus, & extra mundatum, cujus ventrem reple foliis capillorum veneris, lupulorum, borraginis, agrimoniæ, chicori, aut ſcariolæ, ſcolopendriæ, pomis redolentibus, ſeminibus melonis, cucurbitæ, radicibus item chondrillæ, fæniculi, & petroſelini ſingulorum æquis partibus, betonicæ, & ſtœchados in minore quantitate, coquantur in ſufficienti aqua fontana optima ad perfectam coctionem, addito ſale modico pro ſapore optimo conciliando: hujus juris ſummo

manè unciæ ſex, aut octo ſumendæ ſunt, ut corpus rectè diſponatur ad expurgationem, non modò contemperatis humoribus, ſed & de obſtructis, ac reſeratis partibus, quæ ex hypochondriaca obturatę ſunt. Id verò conſtantiſſimè obſervandum affirmo, ut his crebris utatur ventris ſubductionibus, & alternatim præparantibus mediocri intervallo, ut ſic veluti *curatione*, *epicraſis* à Græcis dicta, quod vitioſum eſt evacuetur; quæ corporibus debilibus cum multa humorum corruptione accommodatur Galeni doctrina 9.meth. cap. 10. *Et quando ægroti nequeunt ſubitas, ac multas evacuationes perferre citra maximum virium diſpendium, ut eventus*

Galenus

comprobavit, his paulatim, & per intervalla factis puto paſsionem blandiendam, ut ſi non integerrimè, ſaltem meliùs poſsit vitam tranſigere.

Quòd ſi ut à capite etiam retrahantur, & evacuentur humores, pharmaca forma ſolidiori propinare libuerit, utiles erunt pilulæ de fumaria, aut ſine quibus eſſe nolo, pondere dragmæ unius. Ne tamen corpus ſquallidum, ac venter ſiccus, ab his offendatur, aut quod aliàs experti ſumus pilularum fruſtretur operatio, veluti fieri ſolet, ubi venter ſiccus eſt, & purgans forma ſolida, deſuper ebibere conveniet ſeri capri calidi quatuor, aut quinque uncias, aut juris quod humectandi vim obtineat, ex

hordeo borragine, feminibus frigidis, & carnibus pullorum. Nec ad fortiora medicamenta devenirem, si ita difficulter fert æger purgationes, aut reliqua vacuantia remedia, ut relata perhibent.

Sunt enim alia composita medicamenta ad purgandos humores melancholicos, ut confectiones Hamech simplicis, diasenæ, pilulæ aggregativæ, de fumaria, &c. quibus pro majori attractione, & humorum evacuatione, utimur, & maximè confectione Hamech simplici (hoc est absque scammonea, & coloquintide) & dissoluta in sero lactis, cum syrupo violarum.

Duabus de causis in hypochondriaca, medicamenta

composita, correcta, & suavia, levioráque administranda sunt. Primò quia humor melancholicus à simplici, & nervoso pharmaco irritatur. Secundò, quia ferè semper in morbo prædicto per hypochondriorum consensum ventriculus laborat; & cùm purgantium omnium medicamentorum sit proprium, ipsimet ventriculo læsionem, & torsionem inducere, suavia, & boni odoris eligenda sunt, quod explicat Galenus 2. de vict. rat. in morbis acut. sent. 11. *At cum purgantia omnia medicamenta ventrem, præsertimque os ipsius, quod maximè nervosum est, tum sensibile existat, affligant, lædántque ob id eorum quæ boni sunt odoris mixtio excogitata est, ne sola, sinceráq;* *Galenus*

purgantium medicamentorum virtus, os ventris tangat.

Differentiæ potionum quibus absque torminibus utimur, & in mea tempestate sunt expertæ; sic parantur. ℞. syrupi Regij, & filiculæ ana unciam.1. & semis. decoct. purgan. sine bengibere uncias iij.misce. Vel pro majori efficacia potio valdè experta. ℞. rhabarbari electi, dragm. 1. epythimi dragm. ij. foliorum señæ,& polypodij ana unciam semis, corticum citri dragm.iij. omnium florum cordialium ana P. 1. seminis anisi, & fæniculi ana iij.ß.cinnamomi scrupul.semis, confectionis Hamech simplicis dragm.ij.& sem. ex his omnibus fiat infusio in debita quantitate seri lactis, & factâ colaturâ, & levi expres-

ſione accipe uncias iiij. quibus adde ſyrupi violarum unc. 1. miſce, & detur pro unica potione.

A multis enim in hoc affectu laudetur evacuatio per vomitum, & quamvis pervetus, & in hominum animis inveterata ſit opinio, ſalvâ pace ipſorum ſententiâ depulſus ſum, & aliam opinionem ſequor: tantúmque enim evacuationem vomitus admitto, quantùm ventriculus laborat humoribus excrementitiis, & maximè quando ad vomendum eſt pronus, & natura ad hanc expulſionem ſe confert; at verò quando in inferioribus hypochondriis humores originantur cum ventris inflatione, ſtrepitu, & dolore, ex ſiccitate,

crassitie, & humorum ariditate; hi per alvum evacuandi sunt, tanquam per locum conferentem, nequaquam per vomitum; quia quod est grave & difficile, cum labore sursum trahitur, deinceps ex vomitus irritatione, & humorum ad ventriculum ascensione, ipsemet cruciatur; quâ doctrina intelligendus erit locus Hippocratis 4. de ratione vict. sent. 103. *Ab arida cholera venter inflatur, & strepitus fiunt, & dolores tum laterum, tum lumborum, confert non vomere, sed clystere uti.* Porrò hypochondriaca affectio non una, vel duabus purgationibus facilè subjicitur, quare per epycrasim, ut suprà diximus, evacuanda erit cum sero lactis, & per vices in ipso infundatur

Hippocrates.

ſenn. vel ſyrupus Regius, aut de polypodio.

Advertendum eſt citra coctionem non eſſe purgationem exercendam; quia omnibus notum eſt, neque hac in re immorandum, nam alioqui non eſſet Medicus naturæ imitator, à qua nunquam rectâ ratione evacuatio fieri ſolet, niſi præcedat coctio humoris, & ſeparatio utilis ab inutili. Prætereà moleſta haud dubiè fiet evacuatio, ſi crudo exiſtente humore purgans medicamentum exhibeatur; utilis enim humor violenter educetur. Dicendum etiam eſt quòd qui ſano corpore ſunt, ſi purgentur moleſtias ſentiunt: nam & vertigines, & tormina patiuntur, ægréque purgatio ſuccedit, & cum

hoc etiam celeriter exſolvuntur; cauſa autem horum omnium ſymptomatum ex medicamento eſt, quod cùm ſibi obnoxium humorem educere cupiat, nec ipſum reperiat, ſanguinem, & carnes colliquat; ut ex eis quod ſuum eſt eliciat. Licèt aliquando nonnullis frigidis morbis oppreſſos medicamentis imitamus, atque ut incandeſcant efficimus, quo excitato calore nativo, crudi, frigidíque humores concoquantur, ac natura ad expugnandum morbum incitetur. Ab ægritudine autem convaleſcentes eodem regimine, aut ſimili, quod ipſis ægrotantibus dictatum fuit, quo ad priſtinam devenirent ſanitatem ſecurè utentur: & in cura ægritudinis

non dantis inducias ut doloris intensi colici, angenæ,& pleuritici expedit Medicum promptum esse, & solertem, ut copiosum in remediis exhibendis gradatim unum post aliud sine intermissione administrando, & auxilium imprimis ægroti quærentes divinum, quia spreto divino merentur utrumque divinum,& humanum perdere; & sit in initio morborum: quia sicuti is aquam à vicinis frustrà sibi porrigi quærit, cujus jam tota domus succenditur igne, sic infirmus à Medicis frustrà petit auxilium cujus omnimoda virtus à morbo prosternitur, & humorum malitia redundante purgatione utimur, sanguine redundante evacuamus per venæ sectionem. *Et con-*

ſiderare debet Medicus quem curet, quid curet qualiter curet, quantum, quale quando, qua lege auxilium adhibeat; quia non ſolùm peritiſſimi Medici eſt quid agendum ſit noſcat, ſed inter paria ſelectiora eligat, opportunum adhibeat, & quantum ſat ſit, quia inſanientes ſola purgatione ſanati fuerunt, & non ſolùm vere, ſed & Autumno purgari debent ex Hippocrate, *com.* 6. *aphoriſm.* 47.

Hippocrates.

CAPUT

CAPUT XVI.

De topicis auxiliis, quibus factis universalibus evacuationibus, ad corroborandum, & ad tollendas obstructiones, Medici utuntur.

LOcalia absque universali evacuatione medicamenta, contemnenda sunt; quod lege sancitum est à Galeno lib. 13. meth. cap. 22. *At humorum, vel flatuosi spiritus extensiones, curabimus vacuato priùs in his toto corpore, sed & humorum deorsum, aversione, mox localibus remediis utendum.* Pro prima indicatione maximoperè aquam rhabarbari laudo, cum parva absynthij dulcis additione; eo quòd absynthium per se indi- *Galenus*

catur à Galeno, Aëtio, & Paulo
Galenus (ob corroborationem) rhabar-
barum enim eſt veluti anima
Aëtius hepatis, & deobſtruit, evacuánſ-
Paulus. que cineritium humorem in
obſtructionis loco contentum:
paretur ſic. ℞. aquæ dulcis
℔. xij. ferveſiat, & unica ebuli-
tione adde rhabarbari electi
dragm. ſem. abſynthi dulcis
drag. 1. coletur, & aromatize-
tur cum ſcrupul. ſemis. cinna-
momi, & ſi ſit aliquod calidi-
tatis imminens ſignum, fiat
infuſio cum aqua chicorij in
prædicta quantitate.

Quod ego in hac affectione
laudo eſt potio hæc. ℞. ſyrupi
chicorij compoſiti cum dupli-
cato rheo uncias ij. decocti pur-
gant uncias iij. confectionis
Hyacint. dragm. 1. miſce detur

in Lunæ deliquio vel declinatione.

Deinde resolvatur materia in præcordiis remanens, fomenti videlicet,& exterioribus unctionibus, in hypochondrio affectu dispositis, ad resolutionem flatuum, & deobstructionem, quod fieri debet cum oleis capparum, amygdalarum amararum, nardino, absynthij, rutæ, chamęmelæ, & liliorum, nam ex his, quædam dolorem sedant,& flatus quædam discutiunt. Paretur hoc modo fomentum. ℞. pulegij, & abrotani ana M. 1. florum chamæmelæ,meliloti, violarum & rosarum ana P. 1. seminum anisi. P. sem. centaurij minores, absynthij, & rutæ ana M. ß. coquantur omnia secundùm ar-

tem, in æquis partibus aquæ,& vini albi,& in fine adde parum aceti, & fiat fomentum pro ventriculo, & abdomenis regione.

Post fomentationem in partibus hypochondriorum læsis, fiant unctiones oleis prædictis, & in abdomenis regione, & in parte, in qua aliqua durities manifestatur, sequenti unguento utimur. ℞. olei sesamini, amygdalarum dulcium, & de semine leni, ana unc.1. mucilagenis fænugræci, aquæ bis malvæ extractæ ana unc.sem.gummi armoniaci dissoluti in aceto dragm. 1. axungiæ gallinæ, & medullæ cruris vituli ana drag. ij. emplastri meliloti loco ceræ quod sufficiat misce & fiat unguentum. In calefaciendo, &

refrigerando, varietur indicatio, secundùm accidentium diversitatem, & intemperiei redundantis, & cavendum erit à valdè calefacientibus, & exsiccantibus, sive alimenta, sive medicamenta hæc fuerint, ne aliqua sequatur inflãmatio, & per consequens majus periculum.

Interius pro corpore universo roborando, ac reficiendo destillationes componantur ex borragine, buglosso scorzonera, scariola, hordeo murido, cum exigua betonica (pro hordeo advertendum quòd cum aqua hordei, nec rei recipienti decoctum hordei non est miscendum aliquod acetosum, quia citò acescit hordeum.) Quibus vel gallinæ, vel caponis eviscerati, & à recrementis mundati,

venter repleatur, cum margaritis præparatis, rubro corallio, & hyacinthis, aut si placuerit hyacinthorum confectione, atque ubi priùs aqua fontana ebullierint lento igne, destillentur in balneo Mareæ, seu Alembico vitreo. Hujus unciæ quatuor, aut quinque calidæ summo mane sumendæ sunt, vel cum hac eadem instillatione, salem margaritarum sic à Chymistis vocatum præberem pondere dragmæ dimidiæ. Hic enim efficacissimus est in cerebri confortatione, ac cordis.
Crollius Nam si Osvaldo Crollio proprio titulo fides adhibenda est, in sua basilica chymica, cordiale est nobilissimum, potabili auro in temperatura, & operatione, quàm proximè accedens, qui

& modum parandi refert.

An verò theriaca magna utile esse possit dubium planè est,ex eo autem consurgit,quod etsi antidotum sit maximum, pro viribus corporis instaurandis,ac optimis spiritibus reficiẽdis, tamen à Galeno prohibetur in simile intemperie. Ait enim ad Pisonem libr. de theriaca cap.17. *Quamobrem,& eos, qui media sunt ætate, & eos qui naturalem temperiem calidam admodum habent moneo,ut nec multoties, nec multum theriacæ suscipiant*, & parum infrà, *quòd si quando & tu Piso, in æstuosa regione fueris, noli theriaca uti.* Pro altera parte eadem militat Galeni doctrina,& experimentum. Si quidem *lib. de theriaca cap.*15. multis in morbis calidis, *Galenus* *Galenus*

& ſiccis theriaca utitur : ſic enim furentium deliria (quæ fiunt per ſimilem intemperiem calidam, & ſiccam) generosè ſedaſſe affirmat, & adducto ſomno, acres quoque humores in ventriculo, & inteſtinis contentos abſumere. Interim tamen dum animi paſſionibus opitulari tradit, ac veluti excitatas melancholia graves curas, ex animo pellere : ſubdit. *Perinde ac ſi è ſplene, ac reliquis membris atram bilem exugeret, qua de cauſa quartanis etiam febribus optimè convenit, cùm ea febris ab atra bile conſurgat.*

Galenus Gloriatur perinde Galenus *lib. de præcogn. ad Poſthumum cap.* 3. *&* 1. *epydem. com.* 3. *art.* 17. quartanâ laborantes eâ fuiſſe liberatos, ut patet in hiſtoria Eu-

demi, ſuo tempore data, ut hodiè multoties datur ſimili in caſu felici cum ſucceſſu. (Et tandem aquæ formidinem Græci Hydrophobiam vocant) morborum omnium peſſimum, hanc antidotum plerúmque tollere refert. *Nam ſtrenuè adverſus tot malorum concurſus dimicare, quibus non ſolum corpus exſiccatur, & interdum contrahitur, febréque intus ſumpta comburitur, ſed & animus delirat, & difficillimo ſymptomate moleſtantur.* Ex quibus apertè liquet ſicciſſimis, & calidis morbis theriacam conferre doctrina Galeni *cap.* 15. *de theriaca ad Piſonem.* Unde & in præſenti mirificè poſſe conducere. **Galenus**

Sed facilis eſt illius modi ſolutio ubi quis attentè Galeni

mentem consideret, nam aliud est pro usu quotidiano theriacam præscribere, veluti antiqui consueverant, ut patet ex eodem Galeno citato: aliud verò eam pro curandis morbis usurpare; siquidem usus quotidianus, nequit esse utilis calidis, & siccis naturis, temporibus, & regionibus simile intemperie excedentibus, in quibus nec multum, nec multoties sumendum monet in historia commodi de præcognit. ad Posthumum *cap.* II. At pro curandis morbis multiplicem, ac veram antidoti hujus esse virtutem ait, *cap.* II. *ad Pisonem*, *&* *cap.* 17. *de theriaca ad Pisonem*: unde & propter varios modos, ac respectus, calidis, frigidis, humidis, ac siccis morbis opitulari

Galenus *Galenus*

patet ex ſuprà relatis, cui, & experimentum quotidianum ſuffragatur. Nam & deliria tollit, ut dictum eſt, reſiſtit, & comitialibus invaſionibus nimiam capitis humiditatem abſorbendo ſecundùm Galenum *lib.de theriaca ad Piſonem cap.*12. medicamentum eſt medicamentorum, vim habet confortandi partes omnes noſtri corporis unde poſt univerſales evacuationes in homicrania, vertigine, & epilepſia, & omnibus aliis capitis affectibus frigidis maximè convenit. *Galenus*

Convenit etiam theriaca in catharo & dolore plutico, maligno epidemico & peſtilenti, & eſt probatum, & pretioſum medicamentum, & multoties expertum à me in febribus pe-

ſtilentibus , & contagioſis in peſte quæ totam Beticam Pròvinciam occupavit anno 1650. & poſteà in aliis contagiis,& in diverſis regiônibus, & Provinciis, & tandem in iſta Curia Regia , & in Niſocomio iſto vulgò Hoſpital General , ubi nunc medicinam publicè exerceo utilis eſt, etiam ad menſes movendos, urinam,& lapidem renum,& veſicæ, inteſtinorum, & iſchiadis doloribus auxiliatur, in rigoribus vehementiſſimis febrium medendis convenit, convenit & in omni maligno affectu extra applicita , & intus aſſumpta, & in morſis ab animalibus ut viperâ , & aliis venenoſis,& leonum morſibus, in bubonibus peſtilentibus ſub forma emplaſtri, aut linimenti,

&

& cordi admovetur,& in omni melancholico affectu intùs assumitur : nunquam tamen (ut quidam ineptè faciunt) cum purgantibus medicamentis est permiscenda , nam sudorem movet, & sic impedit evacuationem ;adeò ut in ipsa compescenda,ut in super-purgationibus administretur , appetentias dejectas excitat, & easdem immodicè auctas reprimit;hæc quatenùs acres , ac mordaces, ventriculo insistentes humores valenter dissipat , illud quidem dum malos ventriculi humores concoquit, & suppressas uteri, sedísve sanguinis excretiones frequenter aperit : ac quòd mirabilius est ; immoderatas ejusdem sanguinis ejectiones retinet. Nam suppressa egredi

facit, cùm ea attenuet, atque diffundat. Immodicè verò prodeuntia ob imbecillitatem virtutis, supprimit, corporum vires instaurans; ut constat *cap.*15.
Galenus *de theriaca citato.*

Hæc igitur & alia plurima theriaca operatur propter insignes ejus qualitates manifestas ex compositionis modo dimanantes, secundùm quas variis, ac contrariis morbis convenire in comperto est, nec diffitendum id etiam ab occulta antidoti natura, ac proprietate, sive substantiæ modo provenire posse, quod & de confortatibus omnibus retulit Osuald. ex Pa-
Osuald. racelso (liceat in hoc horum autoritatem insequi, quamquam chymisticam artem profiteantur) *non curandum calidane res*

ſit, an frigida, ſed arcani conſideranda vis doſis eſt à dragm.1. uſque ad ij.& ſemis.

Jam ergo de theriaca hæc ſparſa ſemina colligamus ad præſens, ac utile ægrotantibus affirmemus, & manifeſta, & occulta qualitate non uſu quotidiano, ſed per quædam intervalla pro membrorum roboratione: ſic enim per manifeſtas qualitátes humores illos atra bili ortos abſorbebit, ac diſſipabit, & quæ præeſt, craſſitudinem tenuabit: vires quoque quatenùs inſtaurat imbecillo corpori, ac præcipuè capiti, ſpiritibus refectis, ac purificatis, erit maximo juvamine: ſimiliter arcana, ſive occulta proprietate, animi mœſtitias, ac graves curas melancholia

hypochondriaca obortas fugabit, gaudiúmque parabit corde roborato.

Verùm ut ſiccitas theriacæ minimè noceat arido capiti, ac corpori, & caliditas quoque modo arceatur, prædictis rebus deſtillandam conſuluerim, præſertim ubi cum caponum, ac gallinarum carne jus ſumendum paretur, injecta ſcilicet theriaca in alembico vitreo quo reliqua, coctione jam peracta, deſtillanda conjiciuntur, ea quantitate, ut nec uncia ſit minor, nec duas ad ſummum excedat cum optimo ſaccharo albiſſimo, prout annotatum eſt, ſaporis optimi conciliandi gratia, hæc ergo erit formula. Carnis caponum, & gallinarum parum contuſarum nu-

mero duorū foliorum borraginis, buglosij, & scariolæ, sive domesticæ endiviæ ana M. ij. radicum scorzoneræ borraginis ana uncias duas, pomorum redolentium uncias tres, florum cordialium P. duos pimpinellæ, & scabiosæ ana M. unum, margaritarum præparatarum, & coralli rubri præparati (aut loco horum confectionis hyacinthorum) ana dragmas tres omnia in aquæ fontanæ optimæ ℔. octo in vase fictili lento igne mediocriter bulliant, non usque ad perfectam coctionem, deinde in Alembico vitreo instillanda injiciantur, additis theriacæ magnæ Andromachi secundùm artem compositæ unciâ unâ, aut duabus sacchari albissimi libris totidem, & se-

cundùm artem destillentur. Est quoque utilis aqua theriacalis Rondeletij, prout eam refert Pareus, dummodò loco pulegij, & chamæmeli substituatur scorzonera, & borrago, & loco vini albi in quo instillandæ res temperantur, aqua pura fontana reponatur.

Rondeletius.

Inflationem etiam sedat ruta, & rutaceum oleum flatus sanat, ut docet Galen. *libr.* 8. *meth.med.* & ruta pro doloribus internis ex frigore facit, quia medetur frigori 2. *de simplit.medic.* frigus enim facit imperfectas coctiones, & ructus, & flatus ut hodiè magis quàm olim propter immoderatum nivis, vini, chocolati, & aquæ glacie refrigeratæ usum, ut docet Hippocr. *lib.*1. *aphor.cap.*6. & electua-

Galenus

Hippocrates.

rium diacimini optimum eſt ad diſcutiendos flatus, & dolores ventris ab intemperie frigida ortos, & acida omnia frigida ſecundùm Galen.4.de ſimplic. medic. *Quia aciditas*, inquit eodem loco, *provenit à calore mutante, non tamen vincente*, & pituitoſus humor facit flatuoſitatem, ventoſitatémque lib. 5. aphoriſm. *Cruda enim ſunt omnia quæ acida ſuperſunt, frigiditatem tamen oſtendunt, ſicuti nidoroſa calorem.* Idem.

Ventriculum enim frigidum, pituitoſum, aut ventoſum flatuoſúmque habentes, etiam in acutis morbis, & febribus ab herbis fructibus, aquáque hordei, & hordeo cocto penitùs abſtinere oportet; generant enim ſanguinem & humorem

melancholicũ; vacuanda enim sunt quæ multa, quæ crassa tenuari, quæ viscida incidi oportet, *tutò, celeriter, & jucundè, & Medicus qui occasionem attigerit artis finem nanciscitur, & ille auxilium novit, qui occasionem invenit* ex Galen. lib. artis medicinalis.

Galenus

Si enim velint temperare vinum præstat in eo infundere frustum panis tosti, in quo imbibatur pars vini crassa, & sic redditur facilioris coctionis ventriculo.

CAPUT XVII.

De Chalybe, & improbatur eius in obſtructionibus uſus.

MAgnus me dubitationis æſtus, in medicamentorum deobſtruentium ſpeculatione abſorbuit. Hæc enim indicatio tanti ponderis eſt, quæ quamvis extrema; ob perfectionem ſanitatis ab ipſa devenientis, primum locum mereri videatur: & cùm deobſtruendi, varia ſint medicamenta, quæ ratione, & experientia comprobata, tutò adminiſtrari poſſunt: valdè trepidum erit,& indicatio ſumma cum laude verſata apparebit, pharmacis utentibus; in qui-

bus, & in eorum opere, multæ objectiones ſe offerunt. In primo loco de uſu chalybis certamus, quod auxilium apud omnes erectum invenio, aſſeverantes adversùs obſtructiones univerſale antidotum eſſe: meo enim videri, multa in oppoſitum notatu digna apparent, à quibus prædicta ipſorum propoſitio, lancinatur; quæ diſcurſus celeritate paucis verbis complexus ſum.

A natura chalybis, initium ſumens, invenio metallum hoc, ex ipſius genitura, & temperie, maximoperè obſtructionibus opponi, quia ab ipſo augentur, foventur, & conceptabula obſtructa inflammantur; & eſt ratio, quia omnis ex conſenſu Philoſophorum cauſa eſt

illa quæ ſuaptè natura inducere poteſt ei quod fit, aliquam ſuæ generationis partem, ſed chalybs eſt calidus ſiccus, & adſtringens. Ergo debet caliditatem, ſiccitatem, & adſtrictionem inducere; ergo opponitur obſtructionibus, quæ ſemper medicamentis moderatè calidis abſque ſiccitate, & obſtructione curantur: deinceps chalybs ex mercurio, & ſulphure componitur ſicuti æs ſecundùm doctrinam Avicennæ qui ſcribens Avicen. Philoſopho, inquit quòd mercurius, & ſulphur ſunt principia, & materia omnium metallorum; & poſteà hanc ſententiam ſequuntur Sanctus Albertus Magnus, Heber *lib.3. de mineralibus cap.*4. ut refert Bernardus Perez de

Avicenna.

S. Albertus.

Bernardus Perez.

Bargas *libr.* I. *cap.* 3. *de re metallica.*

Sed de ære inquiunt supracitati Autores, quòd illius substantia de qua generatur non ita pura sicuti auri, & argenti, & sic dicunt quod æs sit calidum, & siccum, & substantia adusta,& incensa & facilis adustionis, ratione cujus est magis evaporativus, omnium metallorum, & hac de causa contagiosus,& inficit sapores,& odores aquarum, quæ nascuntur in mineris suis: quare sunt amaræ & mortiferæ, abominabiléſque & nullo modo potabiles, & quando infunduntur in illis vinum, oleum, & acetum, per aliquod tempus redduntur amaræ, & impotabiles, ut refert loco citato *de re metallica*

Bernardus

Bernardus Perez. Et communiter Autores omnes cum Serapione *lib.*4. *cap.*14. de ære dicunt. *Hæc quidam faciunt ex ære vasa ad comedendum, & bibendum, & nocet eis valdè, & maximè eis qui assuescunt hoc, nam tales parati sunt incurrere elephantiam, cancrum, & dolorem hepatis, splenis, &c. & maximè comedentes, & quando comedunt cibum qui ibi steterit die & nocte, pessimum est, & multum pejus est, quando ponitur vas æreum super pisces assatos, fiunt tunc pisces venenum mortiferum.* Idem sentiunt Savarola & alij. Et Arnaldus de Villa-nova inquit in suo Antidotario, cap.de modis coctionis. *Effugiant summè vasa ærea, nisi fortè pro emplastris aliquibus conficiendis, ut calefiant,*

Bernardus Perez. *Serapio* *Arnald.*

nam parata in eis præcipuè acetosa, dulcia, salsa, vel aquosa, ut olera, & carnes causant elephantiam, cancrum, dolorem hepatis, ac splenis, &c.

Sed ad naturam, & complexionem chalybis redeamus in cujus generatione mercurius in minori quantitate, & in majori sulphur reperitur, sed hæc principia hanc substantiam chalybis constituentia, sunt calidissima, siccissima, & adstrictoria. Ergo in obstructionibus nociva, quod evidenter patet à Mirandulano *exercit.* 307. *sect.* 20. à Scaligero, & à Senerto *lib.* 5. *cap.* 5. *de metallo.* Deinceps caliditas ferri, aut ejus scoria maximè infecta est, & nisi cautè, & debita, expertáque quantitate decernatur,

Mirandulanus. Scaliger.

accidentia venenosa sequuntur: ut colligitur à Cæsalpino *lib.* 3. *de metall. cap.* 13. dicente, *ferruginem in nimia quantitate caliditatem, vomitum, & ad necem ducere.* Patet deinde caliditatis excessus, & alia accidentia, ex ferri potione: quia quamvis ex aliquorum dogmate, aliqui obstructi prædicta potione liberi evasere, majori ex parte, & numero, ex assumptione chalybis, in symptomata sævissima, videlicet in dolorem ventriculi, & capitis, in siccitatem, in sitim, & internam inflammationem incidere, quæ sententia illustris redditur cum docto Arabe Avicenna *libr.*4. *fen* 6. *tract.* 1. *cap.* 8. *de limatura ferri, & eius scoria*, his verbis. *Accidunt ex illis dolor vehemens*

Cæsalpinus.

Avicenna.

in ventre, & ſiccitas in ore, & inflammatio, & ſuperat dolor capitis.

Pro majori diſquiſitione, ſic inſurgo, omne medicamentum valdè calidum, reſiccatorium, & cauſticum obſtructionibus opponitur, quia eſt valdè adſtringens, cohibénſque fluxiones, ſed chalybs ſic ſe habet, ergo major eſt vera, & minor patet ex primis principiis calidiſſimis, ſicciſſimis, & cauſticis, conſtituentibus chalybem; ut abundè ratione, & autoritatibus comprobatum diximus: *Galenus* & uberiùs à Galeno colligitur, de ſcoria ferri. *libr.* 9. *de ſimpl. medicam.facult.&* 5.*meth.cap.*1.*& lib.*11. *de ſimplic.medic.facult.* his verbis: *Scoria omnis reſiccatorium medicamentum eſt, potiſſimum*

autem ferri. Et Paulus idem demonstrat *lib.* 7. idem Aëtius 3. *serm.* 2. *cap.* 48. & Avicen. *lib.* 2. *tract.* 2. *c.* 253. idem Fusius Rondeletus, Gatinaria, Valescus de Taranta, Donatus, & Amatus Lusitanus, &c. *Paulus. Aetius. Avicenna. Rondeletius.*

Dicunt gravissimi, & plures Autores usu chalybis utentes, hoc metalli genus virtutem adstringendi, purgandi, & meatus deobstruendi habere, quod evenit ex materia sulphurea quæ ferè tota, essentiam ferri constituit: at hoc minerale ob partes subtiles, & calidas, quibus utitur vim deobstruendi, liquandi, & purgandi habere; ex quo sequitur obstructionibus utile esse; & eodem modo, virtute adstringendi est præditum, resolutis, & expurgatis

partibus ſulphureis ab igne, & ab aquarum lotionibus, & aliis in aceto, & aqua vitæ præparationibus, quæ præparationum varietas, partem crudam, ſuperfluam, ſulphuream, & excrementitiam, chalybis reſolvens, remanet purus chalybs, & valida facultate adſtringendi. In qua forma diſpoſitum ferrum, & mixtum cum aliis medicamentis deobſtruentibus, & corroborantibus, & maximè prædicti Autores experientiâ ducti, viribus, & poſſe, ad aſſumptionem chalybis ſuũ dogma fulciunt: aſſeverantes in obſtructionibus hepatis, lienis, venarum meſaraicarum, menſium ſuppreſſionum, & præcipuè in melancholia hypochondriaca, prędictum phar-

macum utile esse. Huic sen- *Avicenna.*
tentiæ magno pondere assen-
tiuntur Dioscorid. *libr.* 5. *cap.* 53. *Dioscor.*
Paulus *libr.* 3. *cap.* 29. Aëtius 3. *Paulus.*
serm. 2. *cap.* 11. Plinius *lib.* 34. *na- Aëtius. Plinius.*
tural. hist. cap. 15. Oribas *lib.* 9.
cap. 24. & præsertim noster do-
ctissimus, & venerandus Doct.
Mercat. *de morbo mulier. lib.* 2.
cap. 6. *& lib.* 1. *de intern. morb. cu-
rat. cap.* 17. Qui inter omnes in
præparatione, & chalybis dis-
positione, singularis fuit spe-
culator.

Sed adversùs doctissimorum
Autorum tantulum agmen cer-
tare valdè videtur difficile; sed
salva ipsorum pace, unusquis-
que liberè philosophare, &
objicere potest: & in primis à
natura ferri iterum convolvo,
& cùm abundè demonstratum

ſit, ferrum calidum, & ſiccum eſſe, & totam ipſius ſubſtantiam ex ſulphure formari, & ſulphur generetur ex calida, & ſicca in cavernis terræ exhalatione, unde parte calidiſſima, ſicciſſima, & inflammabile conſtat, ut ab Autoribus citatis manifeſtum fuit. Porrò hiſpidum mihi videtur, partem ſulphuream calidam, cauſticam, & venenoſam ſubſtantiam ferri condientem ſeparari, lotionibus nempè, & infuſionibus, ab Autoribus prædictis, in animum habentibus acrimoniam chalybis caſtigare, ut ab ipſo unicoagente, & temperamento diverſæ excitentur actiones, in cohibendo ſcilicet, & deobſtruendo, aut præparatione ipſius liquando, & purgando;

cui omni ſimul cum Philoſophia ratio opponitur: quia ſulphur, & mercurius ſunt prima principia, ſubſtantiam ferri conſtituentia, & manente ipſius ſubſtantiâ, principia enumerata nequaquam reſolvuntur cum ſuis lotionibus, & præparationibus, aceti, & aliarum; & maximè in materia denſa, ſicut eſt ferrum.

Pro cuius intelligentia notandum erit, duplicem eſſe ferri ſubſtantiam, videlicet veram, & expuream, ſuperfluam, aut excrementitiam: expurea autem, aut excrementitia dicitur illa, quam natura ad ſuperficiem uniuſcujuſque mixti expellere conatur; remanente inſeparabiliter purâ, & inſita ſubſtantia, ut ſulphur, & mercurius, itaque

ab igne, & præparationibus, & lotionibus, pars expurea, superflua, cruda, & excrementitia ferri, ut rubigo, aut ferrugo, separatur, resolvitur, & minuitur, at verò vera substantia, aut principia substantialia dicta, expurgata à suis excrementis puriora; & absque impedimento excrementorum, ad calefaciendum, exsiccandum, inflammandum, & ventriculum irritandum, remanent, quod prædictis metallis est naturale: ut colligitur ex Petro Foresto in scholio de crocomartij, lib. 4. de feb. hist. observ. 4. *metallica ejusmodi ventriculum lacinant.* Deinde frequens chalybis præparatio fit ex scobibus fenilotis, & posteà in aceto infusis, & preparatis, quæ indicatio non con-

Petrus Forestus

ſona rationi videtur, eo quòd acetum quamvis minuat, nil ſeparat, imò ſalitroſitatem, & auſteritatem ipſius chalybis unit, ut difficilè ſeparetur; quia rubigo, & ærugo, in acerbitate, & ſalſedine, cum aceto eandem naturam ſervant, & familiaritate uniuntur, unde magis roboratur vis adſtrictoria: deinceps, acetum melancholicis nocet, & mulieribus adverſatur ut Hippocrat. 3. *de victus rat.* 39. *Hippocrates.*

Dicunt citati Autores, forſitan lemmatum revicti, chalybis operationem aliquid divinum in obſtructionibus habere, & eſſe auxilium multis experimentis illuſtratum, quod conſequitur, vel pondere ipſius ferri, vel proprietate occulta,

vel quòd experientia, ut magistra rerum indicat. Respondetur, si hoc ita esset, sequeretur plumbum, aurum, & alia gravia metalla, proficua esse, hoc erit absurdum, & de his non fuit mentio. Ergo ratione ponderis minimè operatur chalybs: neque credendum erit ob occultã qualitatẽ antidotum obstructionibus esse, quia in ferro, operatio, temperies, & compositio, manifesta est, judicas de experientia, opinionem doctissimorum virorum admitto: *At verò hæc indicatio, ab experientia tantùm medicamenti indicata, est empirica*, ut dixi in libro typis mandato anno præterito 1670. & circa dictos Autores, non adeò eis sumus adstricti, ut non veritati magis; ab ipso siquidem Galeno

Galeno didicimus. *Nulli quantumvis ſummo, plus credendum eſſe, quam quantum rationi, & experientiæ eſt conſonum* : & quamvis ipſos, ut magiſtros habeamus, non propterea in illorum verba juramus, *amici enim ſunt, amica etiam veritas; utriuſque tamen amicis magis amica veritas*, quod de Platone protulit Ariſtot. eo igitur tandem devenimus, ut chalybs *Ariſtoteles.* arcanis miraculoſíſque virtutibus eſſe plenum, quibus ſtupenda illa munera chalybs operatur.

At verò duo ſunt tanquam crura, in re medica, experientia, & ratio. Occulta igitur hæc, & latens chalybis proprietas, facultas quædam inſita eſſe poteſt per privatas operationes,

multo uſu, experimentóve ſolo, citra rationem cognita, virtutes formam ſuam conſequentes ſpecificam, ſicuti contingit quando dantur varia medicamenta, quæ certis, & determinatis partibus magis proficiant, quàm aliis, ut abſinthium ventriculo, & jecori, cappares lieni; & inter medicamenta purgantia rhabarbarum majorem cum jecore familiaritatem habet, quàm cum aliis partibus, agaricus cum ventriculo, & pectore, carthamus cum pectore: ſic etiam dantur varia venena, quæ certis, determinatíſque partibus magis ſunt obnoxia; ut cantharides veſicæ, lepus marinus pulmonibus; imò quod magis eſt inter venena quædã ſunt quorum ſymptomata pri-

mum, vel in cerebro, vel in jecore, vel in corde in conſpectum veniunt, ut de hyoſciamo, legitur qui ſtatim per cerebri læſi ſymptomata cognoſcitur, quemadmodùm ephemeri colchici per alvi fluxum, in quo excrementa ſimilia loturæ carnis recenter mactatæ apparent. Quare experientia tantùm medicamenti indicata Empirica eſt, & in curatione imperfecta; nam ex communi axiomate. Hippoc. *Curare experientia commodè eſt, ſed non perfectè* (ut vult Autor libri monſtrifici, & eius ſectatores cum illo) & maximè in incognita natura pharmaci, nam omne medicamentum indicatur à natura, & temperamento partis, ut Galen. ad Glauconem

Hippocrates.

Galenus

2.cap.2.& 6.de compoſ. medic. 2. loc. cap. 1. *Impoßibile enim eſt pharmaco ritè uti qui vim ipſius non noſcit juxta cujus efficaciam auxiliatur.* Quia pharmaca ſunt deorum manus; *& quamvis rarò, & valdè indigentibus ſint applicanda*, & aliquid noceant naturæ; *morborum morbus eſt curatio*, ut Hippoc. 6. aphoriſm. *ut pleuritis quam alvi profluvium moderatum ſanat.*

Hippocrates.

Quamvis ergo inter doctiſſimos viros, de hac re ſit magna opinio, & diſſentio, hunc meum ſenſum, & opinionem nequaquam abjiciam, relinquens doctiſſimos Doctores in ſuo ſublimi illuſtríque loco: ut peritus Medicus, illud quod magis conſonũ rationi videtur, & probabile apparet, exerceat.

Loco chalybis in obſtructionibus utor, decoctionibus radicum diureticarum, & apozematibus aperientibus, & attenuantibus, ſcindentibúſque; & obſerva ſequentem ex meis experimentis decoctionem. ℞. paſſularum enucleatarum, unc. I. radi. chicori, unc. ij. rubiæ tinctorum unc. I. & ſem. radicum rumacis acutæ, graminis, & corticum capparum ana unc. I. ſeminis dauci, radicum apij, & petroſelini ana unc. ſem. lupulorum M. iij. ex his omnibus fiat infuſio, poſteà concoquantur in ſufficienti quantitate aquæ, ſecundùm artem, & exprimantur, & facta expreſſione, & colatura, accipe lib. I. cui adde dialaceæ, dragm. iv. & cum ſufficienti quantitate ſac-

chari, fiat ſyrupus. Doſis eſt unc.iij. cum unc.ij. decocti capillorum veneris,& agrimonię, cum hoc ſyrupo multi melancholici, & obſtructi, per me ad ſanitatem reſtituti fuêre,& varias ſuppreſſiones,& obſtructiones mulierum curavi.

Sit aliud medicamentum mirabile, ad obſtructiones. ℞. ſeminis carthami, foliorum ſenæ, aniſi, rhabarbari, mechoacanni ana ℥.1.epithymi dragm. ſemis hermodatilorum ℥. ij. ſeminis apij, ſeminis petroſelini, ſeminis bruſci ana ℥.ij.turbith.℈.ij.aliqui addunt ſcoriam ferri præparati ℥.1.cum ſyrupo aureo Principis, vel de novena infuſione roſarum unciis iij. fit condîtum valet etiam ad flatus diſcutiendos doſis ab unciis

duabus usque ad uncias tres cum aliquo decocto in sufficienti aquæ quantitate administrato.

Aliæ pilulæ fiant ad hepatis opilationem sic. ℞. pulveris scoriæ ferri in vino præparati dragm. x. pulveris foliorum señæ, pulveris rhabarbari, pulveris jalapæ ana dragm. 1. & semis. hæc omnia miscentur, & cum syrupo de arthemisca fit massa pilularum & fiunt pilulæ ad ciceris magnitudinem, & deaurantur.

Aliud experimentum longa temporis mei canicie valdè expertum ; ℞. armoniaci depurati scrupul. ij. dialaccæ scrup. 1. misce, & fiant ij. pilulæ, & deaurentur, quem numerum, & quantitatem, mane concedo,

& ipsis pilulis, duabus vicibus in hebdomada utor, & cum felici successu: & testor Deum multas cogitasse pilulas chalybis esse, interrogantésque cur cum hoc pharmaco ægroti in lecto immoti manent, quibus satisfeci esse chalybem sine pedibus ortum, & à me asportatum ex regionibus remotis.

Unguentum ad lienem deobstruendum quo utimur sic fit. ℞. olei chamæmeleni, & olei capparum ana uncias ij. aceti acerrimi unciam semis. bulliant ad consumptionem aceti, posteà adde sevi hircini dragm. ij. pulveris corticis capparum dragm. 1. ammoniaci dissoluti in aceto scillitico cum cera fit unguentum.

Quando hypochondria sunt

tenſa jubet Galenus *lib. de vict. rat. in morbis acut.* ut illinienda ſint lini ſemine, aquâ, & oleo tepidis, & laborantes hypochondriorum ardore, debent ſine violentia mitigari ex Galen. 4. *de ſimpl. medic. facult.* & quibus hypochondria ſublata murmurant, ilium dolore accedente; iis alvi humectantur, niſi flatus erumpant, vel urinæ proveniat copia ex Galeno *de urin. ſig. ſpur.* 78. & ſi hypochondria, id eſt ilia, abſque dolore eſſe, & mollia, & æqualia optimum eſt ex Hippoc. omnium Philoſophorum, & Medicorum primo, & Principe, & Duce bonarum diſciplinarum *lib. 3. de criſibus, & lib. 2. aphor. 35.*

Galenus

Galenus

Hippocrates.

CAPUT ULTIMUM.

De Balneo, & improbatur eius usus.

BAlneum à nonnullis locum principalem habere existimatur in omni melăcholia; quorum audacia, deducta fuit ex Gal. 3. de locis affect. c. 7. *A Medicis vulgaribus istius Curiæ Regiæ, monendi sunt mihi amici, qui me curantem viderunt, frequentibus balneis hujusmodi morbum.* Sed maximoperè aberrare videntur, asseverantes, balneum in hypochondriaca melancholia, indicatum esse ; eo quòd ab hoc auxilio excrementa tertiæ regionis evacuantur, at hypochondriaca affectio est se-

Galenus

cundæ classis, & nequaquam huic cedit medicamini.

Balneum enim fit, vel ad attemperationem in affectibus calidis, & siccis, & in mulieribus hystericis propter calidam intemperiem, & maximè ab illo juvantur, & ingressu balneorum aquarum dulcium non intensè frigidarum, sed eo modo quo sunt in fluviis & stagnis tempore æstivo; unde non sine felici eventu soleo in hujusmodi, & aliis intemperiebus calidis, ægrotantes ante cœnam, aut ante prandium consulere æstatis tempore fluvium ingrediantur, in quo per dimidiam horam, aut parùm minùs immorentur. Posteà verò benè coopertis, & aliâ dimidiâ horâ transactâ cibum as-

ſument, & quieſcent; ſi verò mulieres majori indigeant humectatione, quàm refrigeratione (quod accidere ſæpè ſolet) tum temporis poſſunt balnea domi arte parari ut dicto modo in ipſa ægrotantes ingrediantur; paratur autem tale balneum ex aqua in qua decocta fuerint capita, inteſtina & extremitates vaccarum,& arietum hordeum excorticatum, ſemen lini, folia malvarum, ſemina frigida communia, & flores frigidæ, & alia hujuſmodi, & debet eſſe balneum ad illius ingreſſum, non actu frigidum, ſed tepidum, ne propter actualem frigiditatem pori conſtipentur, & prohibeatur ingreſſus virtutis medicamentorum ad partẽ affectam.

Balneum

Balneum etiam fit ad aliquam materiam laxandam, ut facilè expellatur: ſed in hypochondriaca, nullum locum habet, quia opponuntur, contraindicántque cruditates, flatus, anxietates,& murmur regionis ventriculi, quæ omnia in hoc morbo infeſtant, & nullo modo balneum admittunt, ut docet Hippocrates 3. *de ratione vict. ſent.* 44. & ad Galeni locum reſpondeo, locutum fuiſſe de melancholia calidiſſima per eſſentiam in cerebro, & ad attemperationem, & ſomni conciliationem, & accidentium minorationem, in ipſamet parte balneo uſum fuiſſe; quod colligitur ex ipſomet Galeno loco, & capite allega-

Hippocrates. *Galenus interpretatur*

to, his verbis, *fit autem hujusmodi melancholiæ species affecto priùs calidis dispositionibus cerebro, &c.* Idem Donatus *de melanchol. cap.* 7. Eustachius Rud. *lib.* 1. *de melanchol. cap.* 3. factis evacuationibus, & resolutis humoribus sequitur partium corroboratio, & discutientia præsidia, per quæ partibus firmatis nihil ulteriùs excrementi congerant. Quo autem ordine procedamus clariori, percurramus primùm universalia roborantia, nempè quæ corpus universum roborant, ac reficiunt: deinde singulis partibus imbecillibus idonea: sunt autem quæ languore afficiuntur caput præcipuè, cor, ventriculus, ac partes ad ventrem

Donatus

Eustachius.

ſuperiorem pertinentes, hypochondria à Galeno appellata *com.35. lib. 2. aphoriſm.* In primo loco pro univerſo corpore roborando, ac ſpiritibus animalibus reficiendis, ſunt optima alimenta, de quibus actum eſt; & ſecundùm aliquos balnea, non quæ ſponte calida naſcuntur, *ſed quæ ex dulci & potabili aqua parantur*, quæ primatum obtinere docuit Actuarius *lib. 2. de ſpiritibus animalibus cap.*11. quorum & modum, & obſervandas conditiones proponere, iterùm non alienum judico, ſic ait. *Balneorum verò uſus nulli ſecundus, quippè, quibus ſolidiores corporis partes humeſcant, ac meatus reſerentur: in farctúque omni attenuantibus liberentur.*

Galenus

Actuar.

Horum certè tibi potissimùm admittendus usus præ alia victus ratione, qui corpus gestas recrementis vacans, subaridúmque: sic à te jejunij consuetudine confectum, & parùm infrà inquit qualia esse debent balnea protulit in hunc modum idem Actuarius: *Spontè verò nascentibus, quæ calefaciendi vi prædita sunt, ut utare nunquam sanè consuluerim, ut quæ siccatoria maximè vi polleant ut balnea sulphurea, salsa, aluminosa, nitrosa, cuprea, ferrea quia sulphurea calefaciunt, & exsiccant, salsa calefaciunt, resolvunt, & exsiccant, aluminosa adstringunt, & exsiccant, nitrosa calefaciunt, & exsiccant, cuprea conveniunt podagricis, nephriticis, asthmaticis,*

articulorum doloribus (non verò gallicis, nec hypochondriacis) sed ulceribus malignis. Ferrea infrigidant, exsiccant, & adstringunt, & composita ex his pro cujusque vincentis qualitatis ratione agunt, quia cùm nitrum hîc, atque alumen, & attramentum sictorium deferunt, humorem exhauriunt, potiùs quàm reponant.

Nec timendum est ex balneis cupreis quod timet sapientissimus Archiaters potentissimi Regis nostri Caroli II. Doctor Gaspar Bravo de Sobremonte Ramirez, in suo eruditissimo libro Consuetationum. *consuet.* 4. *fol.* 182. ubi inquit, quod multoties contingit ex balneis sulphureis, & vinaceis, roboratis articulis, retrocessus *Doct. Bravus.*

ad partes principes humoris Arthriticorum, & consequenter mors, quia illud potest accidere ex aliis causis procatharticis, ut refert Galenus *lib. de causis procath.* ubi inquit, *qui in balneo concluduntur, mortem obeunt*, & lib.1.de arte curat.ad Glauconem, inquit, *balnea marina, & mineralia duxerunt quẽdam ad tabem*; & quo modo utendum est balneis ut sint sine periculo, docet Galenus *lib.*11.*meth.med.*7. Quia balnea obsunt, si non tempore fiant, ut docet liber de marcore Galen. ut vina, & Venus si modicè, & moderatè illis utamur, ut inquit Poëta Medicus:

Galenus

Poëta.

Balnea vina, Venus, corrumpunt corpora nostra,

Sed vitam faciunt balnea, vina, Venus.

Et quòd balnea corpora nostra adjuvent, & trahant foràs humores, constat ex Galen. *libr.* 4. *de sanitate tuenda*, cùm non fiant in plethorica dispositione, quia tum non fit sine maximo detrimento; licèt aliquando contingat multis balneis sanari plethoricos absque sanguinis missione, ut constat ex lib. de victus rat. in morbis acut. com. 4. *Et ut balnea ita etiam nostra corpora purgantur, sed illorum usus debet esse in tempore, & non est tutum, nisi priùs corpus sit inanitum, & ante balneum per sex horas non est comedendum, nec utendum est in ar-* *Galenus*

thritica paßione, *nisi balneis cupreis*, *quia ista Podagricis*, *&* *arthriticis commoda sunt propter*
Galenus *febrem*, ut inquit Galenus *lib.*11. *meth.medend.*Balnea enim aquæ ſalſæ,nitroſæ,& ſulphureæ plus bilis ducit, ſed minùs prodeſt, & balnea mineralia tertianis inutilia ſunt, & balneum marinum fortiter reſiccat, & aluminoſum atramentum ſutorium olens, ex Galeno li-
Galenus bro 7. de compoſit. medic. ſecund. loc. *Quia calefaciunt ferè etiam mortuos*, ex eodem Galeno, libr. de iis quæ in medic. facultat. fiunt. com. 3. *Balneum*, *&* *poculum necant*, *&* *in illis etiam exolvuntur homines*, *&* *moriuntur*, *si usus eorum non fiat in tempore*, ut

refert Galenus *libr. de utilitate* *Galenus*
respirationis. Quod enim convenit arthriticis, & podagricis passionibus est ut parcam ciborum alimoniam accipiant ut humor in affecta loca influxurus à natura reddita in sui alitionem convertatur moneo, sic curabitur & præservabitur; & humoris retrocessus ad partes principes non fiet.

Interiùs enim sumenda ad roborandum (ne propter ipsarum partium imbecillitatem nova adveniat fluxio) varia medicamenta corroborantia ut theriaca, aromaticum rosaceum, diamarg. frigid. electuarium de gemmis, diamoschum dulce, conservæ

florum borraginis, & violarum. v. g. ℞. conservæ radicis buglosæ unc. ℥. I. ß. violarum unc. semis. diamoschi dulcis, rosatæ novellæ, & lætificantis Galeni ana dragm. ij. syrupi de succo borraginis, & de corticibus citri ana quod suffic. misce, & fiat electuarium mollis consistentiæ. Vel ℞. specierum diarhodonis Abbatis scrupul. ij. rosatæ novellæ, & aromatici rosati Gabriëlis ana scrup. I. florum buglosæ dragm. semis. corticum citri unc. I. seminum anisi dragm. ij. sacchari violarum, rosacei, & conservæ radicum buglosæ ana unc. I. syrupi de succo borraginis quod sufficiat, misce, & fiat electuarium in forma opia-

tæ: dosis sit unc. semis. cum aqua melisæ, borraginis, chondrilæ, aut scorzoneræ.

De pulveribus viperinis pro hypochondriacis melancholicis non curandum calidi ne sint, an frigidi, ut tenet doctissimus noster Doctor Gaspar Bravo de Sobremonte, *sect.* 5. *resolution.* 2. *disputat. Apolog.* Quia etiam si calidi sint, ut affirmat siccissimis, & calidis morbis conferre possunt, ut de theriaca docet Galenus *capit.* 15. *libr. de theriaca ad Pisonem*; & sic mirificè melancholicis hypochondriacis prosunt sicuti theriaca cum conditionibus suprà relatis; cùm affectio hæc tam calidis, quàm frigidis humoribus prosit: *&*

Gaspar Bravo.

Galenus

pro curandis morbis diverſis, & contrariis propter varios modos, & reſpectus calidis, frigidis, humidis, & ſiccis morbis opitulari poſſunt pulveres viperini, præcipuè illis qui aduſtione parva uruntur humoris atrabiliarij, quia arcana illorum vis conſideranda venit Medico.

Galenus Viperarum etiam caro, inquit Galenus *lib. de theriaca ad Piſonem*, nativam virtutem habet ad ſalutem, & earum venenum ſal, & anethum auferunt quod non ita eſt tabificum, nec ipſa vipera, ſed minùs aliis feris; quod enim illis habet pernitioſius ſunt caput, & cauda quæ abjiciuntur, & parantur carnes pro cibo eo modo quo inquit Galenus

lenus *libro 2. de arte Curat. ad Glauconem*; & in quo etiam tempore bona & ſalutaris caro viperarum, docet ipſe Galenus *libro* 11. *ſimplic. medic. facult.* *Galenus* & eodem loco docuit modum quo ipſarum ſal fiat, nec obſtat quod iſti pulveres adeò ſicci ſint ut corpus calefaciant; quia non ex eo ſequitur quod adurent viſcera hypochondriacam melancholiam habentium, etiamſi humoris atrabiliarij prædominium poſſideant, quia eandem noxam inducere poſſunt medicamenta expurgantia, & illis utimur quia major ſequitur utilitas eorum uſu quàm damnum, *nullum adeò tam proficuum medicamentum eſt.* Quod aliqua ex parte non lædat ex Gal. *lib.* 3. *de temperam.&* *Galenus*

aliis in locis. Quod ergo caro viperinæ inducere poteſt eſt ſitis ex Galen. *lib.* II. *ſimplic. medicam. facult.* & ut hæc corrigatur, & minimè noceat arido corpori, & capiti jam ſuprà retulimus cap. 16. hujus Libri ibi recurre.

De antimonio quod hodiè uſque adeò celebre eſt, apud aliquos Medicos, qui dicunt miros effectus producere, & præſertim in melancholicis inſanientibus, advertendum eſt, domini, hujuſmodi remedium ſemper periculoſum putavi in omnibus ferè morbis in quibus applicatur; quia purum venenum eſt, & à Diabolo inventum etiam quomodocumque præparetur, quia quamvis ſeducat per vomitum, & ſeceſſum humores craſſos,

pituitosos, & melancholicos in hypochondriaca melancholia, ut inquit sapientissimus Doctor D. Gaspar Bravo de Sobremonte, utilem esse eius usum, præsertim in apoplexia, in vehementissimis morbis ortis ex crassis humoribus in caput irruentibus, & firmatis, sensúsque stupefacientibus, maximè suspectus est eius usus, ideò ab eo abstinere debemus. Tum quia Galenus in libro de occultis nullam facit antimonij mentionem, neque in omnibus suis operibus ad morbos curandos solùm inquit, *valere ad vulnera, & pustulas oculorum*; *& quale esse debet docet*; & quod vires habet stypticas refrigerare, & adstringere, & lachrymas veluti oppilare, & quod mulieres anti- *Doctor Gaspar Bravus.*

quæ oculis gratiam conciliabant ſtibio; ut hodiè utuntur illo Sarracenæ,& ſtibium combuſtum ad ulcera maligna ex Galeno diverſis in locis, *& lib. 6. de ſanit. tuend. 2. & 4. de comperiti med. per genera.*

Neque etiam conſulo ut propinetur intus pro ægrotis in periculoſſiſimis morbis, & deſperatis, *quia turpis erit calamitas*, ut inquit Galenus lib. 1. de expingant. *medicamento dato hominem occidere.* Cognovi quemdam Medicum, ſi Medicus nominari debet, qui grana ſeptem antimonij quodam ovo permixta propinavit, ægroto, quo per vomitum, & ſeceſſum maximis anxietatibus, anguſtiis, & inquietudinibus multa variegata, non ſine magnis

Galenus

cruciatibus incompatibilibus, inteſtinorum torminibus, & ferè mortalibus ſignis dejecit; quia calidorum abſentia corpus frigidius & mortale fuit redditum, & præcipuè caput ſine ſenſu, & motu quod bonam pituitoſorum humorum copiam generavit, cujus nimia quantitate moleſtatum gravatúmque caput præ nimia ſua imbecillitate non potens ipſum retinere, reliquum erat ut in aliquam omnium debiliſſimam partem, quæ ex nimio languore non poſſet ipſum extrudere demitteretur. Hac ergo ratione pituitoſo humore lento, & viſcido in æſophagum tranſmiſſo, & eius internos muſculos occupante quædam anginæ ſpecies ſuſcitavit; &

posteà frigida fluxio, tarditatem coctionis, & cruditates, & acidos ructus, creavit sicuti quando parvo carboni multum nivis, aut glaciei superimpones, aut plurimam aquam superinfundes continuò extinguitur.

Ubi circunstans aër sit præter modum frigidus veluti hyberno tempore, non solùm lucernam sub dio positam, sed & quemcumque exiguum ignem videbis protinùs extingui. Hoc quidem modo ignis à rerum prægelidarum contactu superatur, & calor etiam noster naturalis. Si enim ligna universim, & multa suprà parvam coacervaveris flammam ob immodicæ quantitatis excessum ipsam extingues, quòd si nihil

omninò, aut parum admodùm adjeceris ob defectum, aut paucitatem alimenti videbis continuò melancholicos hypochondriacos, & alios plurimos marcescere periculosioribus remediis non est utendum, donec leviora tententur; & hoc nemo poterit negare, atque ita huic Libro finem imponamus.

Deus faxit ut in utilitatem ægrotantium hæc scribantur, ad laudem omnipotentiæ suæ & majestatis maximæ, Deiparæque Virginis Mariæ sine labe originalis peccati conceptæ, & in honorem omnium Apostolorum, & Sanctorum Raphaëlis Archangeli, Cosmi, & Damiani, & Lucæ Evangelistæ, & Sancti Thomæ Aquinatis, & omnium quos ab ineunti ætate

Patronos meos elexi, & faxit Dominus Jesus Christus Filius Dei vivi omnipotens, & misericors, à quo omnis summa procedit medela, ita hæc feliciter, ut sint ægrotantibus, & sanis jucunda, & non parùm utilia; & omnia sub correctione sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ subjicio. Anno Domini, 1672.

FINIS.

INDEX
RERUM, AC Sententiarum in hoc Opere contentarum.

A

C

D

E

F

H

I

L

M

N

O

P

Pars

T

FINIS.